

758215








Th. III. 74a

N^o ~~27~~ 28.

af.

+

Josephus
V. 1. a



+

~~Josephus Nicolaus Meister~~
~~etor Sprollianus anno~~
~~1744~~

~~Leonardus Meissner~~



ה ה ה ה



Seb. Epiler sc. Pisonov.

57

JOANNIS HÜBNERI,
 CENTUM QUATUOR
 HISTORIÆ
 SACRÆ,
 E
 SACRIS LITTERIS
 COLLECTÆ
 PUERORUMQUE CAPTUI
 ACCOMMODATÆ.



CUM PERMISSU SUPERIORUM.

POSONI,
 SUMPTIBUS
 JOANNIS MICHAELIS LANDERER.
 PRIVIL. TYPOGRAPHI.





LECTORI BENEVOLO

S.

Liber, qui tibi hic, amice Lector, in linguam latinam versus, ob oculos versatur, inter utilissimos, quos celeberrimus Hübnerus, vir de re scholastica insigniter meritus, edidit, merito refertur. Is enim, sive doctrinæ dignitatem, sive docendi facilem & perspicuam rationem spectemus, laude omnino est dignus. Cum teneris puerorum animis sit admodum accommodatus, & apprime utilis, mirum videri debet nemini, multos docentes eum tanto amplexos esse amore. Quare vir ille eruditus, qui librum hunc juventuti utilissimum in latinum transtulit sermonem, eximiam meretur laudem.

Notitia historiarum sacrarum cuiusvis, qui Christi sectator esse cupit, necessaria est, & latinæ linguæ scientia, qui docti nomen vult gerere, carere non potest. Cum itaque in omni puerorum institutione eo respiciendum sit, ut ei fiant doctiores, meliores & modestiores: quid prohibet, quo minus optimum dicendi genus cum rerum divinarum cognitione discant; quem fructum ex istis historiis facillime poterunt percipere. Quod ad historias attinet nostras, eæ sunt nervosæ, ut historicum decet, scriptæ, & quod utilissimum est, quæstiones subiectæ sunt ita faciles, ut vel puer puerum docere posse videatur. Ei præceptores imprimis magni habendi sunt, qui perpetuo pueros quæstionibus exercent, & nisi eos defatigatum iri sentiant, iisdem detinent. Quæ enim docendi ratio potest excogitari, quæ res clariore reddat, atque eas quasi vivas magis repræsentet, quam quæ quæstionibus abundat? Quid aptius est ad excitandam honestam inter adolescentulos æmulationem, quæ optima ingeniorum cos dici potest, quam quæstiones? Institutio illa est viva, jucunda, novitatis cupidini accommodata. Non sinit ea quenquam discipulorum aliud cogitare, mente peregrinari, segnescere. Quin etiam excitat, exhilarat, instituit, acuit, & disertos
fa-

facit. Dividuntur recte quasi labores inter magistrum & discipulos: neutra enim pars amplius aut minus justo agit. Peccant præceptores dicaces, qui perpetuum a discipulis silentium requirunt; perperam & illi faciunt, qui omne onus in discipulos devolvunt, & præter acerbissima dictoria, vel leviter errantibus discipulis, nihil loquuntur. Sata sunt quasi femina sapientiæ in teneris mentibus, quæ humectanda, & ut queant progeminare, eorum impedimenta sunt removenda. Scintilla doctrinæ in animis puerilibus, tanquam in cineribus, latet, quæ si sufflatur quæstionibus, omnia illustrat. Judices cum inquirunt in causas, interrogando eliciunt atque expiscantur, quæ homines, in jus vocati, sæpe alias neque potuissent, neque voluissent proloqui. Similiter ludorum magistri non tantum, quæ puerorum sit indoles atque ingenium, experiuntur, sed etiam eos reddunt dociles, eloquentes & fideles. Si paulo curatius de ordine in lectione historiarum sacrarum observando præfari liceat, statuimus ita eum esse tenendum, ut, cum quis discipulorum unam historiam germanicam, vel hungaricam probe intelligit, & ferme suis verbis repetere potest, eam, si sit satis instructus, in latinum transferat sermonem, & deinde accedat ad

latinam. Notam enim historiam pueris ante esse volumus, quam ei ad latinæ historiæ lectionem admittantur, ne ignorantio ejus tædium & molestiam illis creet. Sin vero puer nondum aptus sit ad vertendum ex germanicis vel hungaricis in latinum sermonem, potest ille voces primum annotare excerptas, eas memoriæ mandare, & præeunte magistro historiam interpretari, suæque memoriæ per quæstiones imprimere. Præceptor enim cum formulas dicendi & latinissimos præstantiores explicuit, & ita imitatus est, ut puer historiam teneat, idem quæstionibus exercendus est. Primum puer interrogatus respondeat ex libro, utaturque verbis ibidem exstantibus. Deinde alius, seposito libro, memori-ter respondeat, non quidem ea lege, ut omnia verba ita accurate & severe exigantur ab ipso. Postea puer puerum poterit interrogare, ut quasi alter præceptoris loco sit, alter discipuli; quæ res jucunda pueris est, & eos ad diligentiam acuit. Tandem si Præceptor semel aut bis historiolum verbis planissimis latine enarret, a discipulo uno vel pluribus facili opera idem fieri poterit. Eas historias puero vel paucorum annorum exponi posse existimamus. Latini sermonis tirones quoque poterunt vertere stylum, & aliis verbis at-
que

que sententiis consignare literis & enarrare historiam, quæ styli exercitatio flocci haud est pendenda. Pueri sic exerciti facile & commode discent latine loqui, & quidem longe tutius & rectius, quam cum a pueris postulatur, ut vix tenentes aliquot voculas, & compositionis vocum ignari, latine loquantur; quid tum præter barbarissimos audiri potest?

Ceterum ne pueri ad lectionem hujus libelli, in quo meræ historiæ sacrae continentur, illotis, ut ajunt, manibus accedant: semper illis Deus est exorandus, ut eis spiritum suum sanctum largiatur, cujus auxilio verbum divinum cum fructu addiscant. Quem in finem duæ breves preces a laudato Hübnero germanicæ suæ præfationi insertæ, hic latine quoque appositæ sunt, quarum prior ante, altera vero post singulæ historiæ sacrae lectionem a pueris dicenda erit.

Precatio pro puero ante lectionem
Historiæ sacræ dicenda.

Domine DEUS, cœlestis Pater, ego filius tuus nunc verbi tui lectionem aggrediar, ut ex eo discam, qua ratione mihi recte credendum, sancte vivendum, ac tandem beate moriendum sit. Mitte sapientiam tuam e cœlo, ex sede gloriæ tuæ, ut mecum sit, & mecum operetur, utque intelligam, quid tibi acceptum sit. Acue memoriam meam, ut verbum tuum facile percipere atque comprehendere possim. Illumina intellectum meum, ut te, Deum Patrem, & quem misisti, Jesum Christum, ex illo agnoscam. Sanctifica etiam voluntatem meam, ut malum evitem, bonum vero deligam, atque ita non audiam tantum, sed exsequar etiam verbum tuum. Hæc a te peto, per dilectum filium tuum Jesum Christum, Dominum & servatorem meum, Amen.

Precatio post lectionem sacræ historiæ.

Gratias tibi ago, alme ac cœlestis Pater, per Jesum Christum, filium tuum dilectum, quod me ex verbo tuo sacro in vera sapientia erudiendum curasti. Adde jam etiam desuper divinam benedictionem tuam arceque Satanam a me, ne is herbas malas inter bonum semen seriat, aut verbum tuum rursus plane e corde meo eripiat; verum largire potius ut illud in honorem tuum, meamque tam præsentem quam futuram æternam salutem centuplicem seriat fructum: quo ita ad exemplum unigenæ filii tui, Jesu Christi quoniam non solum aetate & annis, sed sapientia quoque & gratia, tum apud te, tum apud homines, proficiam, Amen.



QUINQUAGINTA DUÆ
HISTORIÆ SACRÆ
VETERIS TESTAMENTI.

HISTORIA I.
de
MUNDI CREATIONE.
Gen. I. & II, Cap.

(1) **P**rimo principio rerum creavit DEUS Gen. I. 1.
(2) (3) cœlum & terram; (4) 2.
terra autem fuit iners atque
rudis, tenebrisque offusum profundum,
(5) & divinus spiritus sese super a-
quas libravit. (6) Sex dierum inter-

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quisnam omnia creavit?
2. Quando id accidit?
3. Quid Deus primum creavit?
4. Quæ rerum facies fuit initio?
5. Quid sese libravit super aquas?
6. Quot dierum intervallo produxit omnia Deus?

A

vallo

- vallo omnis generis creata produxit
- Gen. I.
3. DEUS. (7) Primo die creavit lucem;
6. (8) secundo cœlum sive expansum;
9. (9) tertio terram cum suis plantis;
20. (10) quarto solem, lunam & stellas;
24. (11) quinto natatiles animantes & vo-
31. lucres; (12) sexto animantia terre-
stria & hominem. (13) His effectis
animadvertit DEUS, omnia, quæcun-
que fecerat, esse admodum bona. (14)
Gen. II.
2. Septimo denique die DEUS ab omni
opere a se effecto feriatuſ est.

7. Quid primo die Deus creavit ?
8. Quid secundo ?
9. Quid tertio ?
10. Quid quarto ?
11. Quid quinto ?
12. Quid tandem sexto ?
13. Numnam opus bene processit ?
14. Quid DEUS septimo fecit die ?

SENTENTIÆ UTILES.

I. Dominus DEUS cœlum & terram, & quæ
in eis inveniuntur, omnia ex nihilo creavit. Quid
inde discimus ?

Potentiam Dei esse immensam.

II. Quæcunque DEUS sex dierum intervallo crea-
verat, ea erant admodum bona. Quid inde cognos-
cimus ?

Sapientiam creatoris esse infinitam.

III. DEUS omnia hominis causa creavit. Quid inde colligimus ?

Benignitatem Dei esse ineffabilem.

BONÆ MEDITATIONES.

Principio rerum cælum terramque creavit,
Confecitque sua singula voce DEUS.

Ista meam mentem meditatio sancta sub-
ibit,

Pervastum quoties hocce tuebor opus.
Ex nihilo totum qui solus condidit orbem,
Maximus is Dominus jure vocandus erit.

HISTORIA II.

DE HOMINIS CREATIONE.

Gen. I. & II. Cap.

- (1) **P**erfectis cæteris rebus sic DEUS Gen. I. 26.
dixit : Faciamus hominem ad
imaginem nostram, nostri similem. (2) 27.
Itaque Deus duos homines marem &
fœminam creavit; (3) marem DEUS
nomine vocavit Adamum, fœminæ
vero Adamus nomen Eva imposuit.
(4) Primo DEUS marem (5) ex ter- III. 20.
II. 7.

Perspicue Quæstiones.

1. Quid DEUS rebus perfectis dixit ?
2. Quot homines DEUS initio creavit ?
3. Quibus nominibus ambo sunt appellati ?
4. Quis primus creatus est ?
5. Unde formatus est Adamus ?

- ræ pulvere formavit, (6) & in ejus nares spiritum vitalem inspiravit. (7)
- Gen. II, 18. Adamo formato dixit ita DEUS : Non convenit, Adamum esse solum ; faciam ei adjumentum accommodatum. (8)
21. Quamobrem arctissimo eum somno DEUS consopivit, eique unam ex costis detraxit, (9) ex qua mulierem construxit, atque eam adduxit ad Adamum. (10) Tum Adamus : Nunc demum, inquit, os de ossibus meis, & caro de carne mea est. (11) Quo facto DEUS matrimonium instituit, primisque conjugibus fœcunditatem dedit, sic eos alloquens : (12) Fœtificate, multiplicamini, replete terram, eamque subigite, & in pisces aquatiles, volucresque aëreas, & omnes, quæ in terris moventur, bestias imperium habete.
- I, 28.

6. Unde accepit animam ?
7. Quid DEus formato Adamo dixit ?
8. Quid DEus fecit Adamo ?
9. Quid Dominus DEus ex costa construxit ?
10. Quid Adamus evigilans ait ?
11. Quid DEus post creationem instituit ?
12. Quibus verbis primos conjuges, fœcunditatem eis dans, allocutus est ?

SENTENTIÆ UTILES.

I. Homo primus ex terræ pulvere formatus est.
Quid inde sequitur?

Id sequitur, hominem debere a fastu longe abesse.

II. DEus in Paradiso, formata ex Adami costa muliere, auctor conjugii fuit, eique fecunditatem dedit. Quid inde colligis?

Uxorum esse, cum a viris trahant originem, parere maritis.

III. DEus initio par tantum conjugum creavit. Quid ergo statuis?

Virum non amplius una uxore, & uxorem non amplius uno viro in matrimonio habere, fas esse.

BONÆ MEDITATIONES.

Primus homo Domini supremi factus imago;

Massa prius terræ pulverulenta fuit.

Quis fit? Mundanus nimium se diligit ipse,

Ortus terreni non meminisse cupit.

In terram semper demittam lumina putrem,

Cum tumidus mentem fastus ad astra rapit

HISTORIA III.
DE INNOCENTIÆ STATU IN
PARADISO.

Gen. I, II, & III. Cap.

(1) **A**damus & Eva initio fuerunt integritate & innocentia summa.

(2) Quo cum statu essent, resplenduit

Perspicue Quæstiones.

1. Quis primorum hominum status atque conditio fuit?

2. Quid tum resplenduit in eis?

- Gen. I, 27. in eis divina imago; (3) itaque culpa
 Eph. IV, 24. carentes, abundabant iustitia, vera-
 Sap. II, 23. que pietate. (4) Mors tunc temporis
 nondum in mundum intraverat: Ada-
 mus igitur & Eva fuerunt immortales.
 Gen. I, 28. (5) Non erat, quod bestias timerent:
 In eas enim omnes imperium habe-
 II, 25. bant homines. (6) Eodem tempore
 8. vestimentis haud opus fuit, cum du-
 rante isto innocentiae statu homines
 inceserunt nudi. (7) Locus, quem
 incoluerant, Paradisus fuit, (8) po-
 marium amoenissimum a DEO ipso con-
 9. fatum; (9) in quo reperiabantur om-
 nis generis arbores oculis gratæ. (10)
 III, 6. Negligentibus autem DEI mandatum
 23. primis hominibus (11) Jova DEUS
 ita fuit iratus, ut eos ex pomario abi-
 24. geret; (12) collocavitque ad poma-
 rii ostium Cherubos & flammeum en-

3. Num primi parentes carebant culpa?
4. Numnam mors erat in Paradiso?
5. Timebantne bestias?
6. Quo vestitu Adamus & Eva sunt usi?
7. Quo habitarunt loco?
8. Quid fuit Paradisus?
9. Quid reperiabatur in Paradiso?
10. Quid homines in Paradiso sunt ausi?
11. Quid igitur DEUS fecit?
12. Licuitne eis rursus intrare in Paradisum?

sem vibrantem, ut cohiberentur aditu.

(13) Ita homines peccantes imaginem DEI amiserunt, (14) in cuius locum successit peccandi libido, peccatique comes mors. (15) Adamus deinde procreavit liberos sui similes: (16) quare ad hunc usque diem omnes ejus posterii in peccatis concipiuntur & nascuntur.

Rom. V,
12.

Gen. V,
3.

Psal. LI,
7.

13. Quid homines peccantes amiserunt?

14. Quid in eius successit locum?

15. Quales procreavit liberos Adamus vitiis infectus?

16. Quæ Adami posterorum est natura?

SENTENTIÆ UTILES.

Quæ cum acta sint, quantum discrimen generis humani, antequam vitiis contaminaretur, & postquam contaminatum est, sit, nunc potest intelligi.

I. *Hominihus, cum innocenti essent statu, nihil vitii adhaesit, sed justii fuerunt & sanctii.*

Culpa vero admiffa cuilibet ingemiscendum atque ita dicendum: Respice me, Domine: In vitio enim genitus sum, & in peccato concepit me mea mater. Ps. LI, 7

II. *Statu meliore cum essent homines, fuerunt immortales.*

Malum postquam contractum est, precibus his opus est: Ætatem perbrevev metri nostram sic ostende, ut mentem acquiramus sapientem. Ps. XC, 12.

III. *Homines integri habitaverunt in paradiso.*

Vitiis nunc infecti conquerimur, versari nos in valle umbrosa & miseriis calamitatibusque repleta.

BONÆ MEDITATIONES.

Arbustis, fluviis, plantis Paradisus amœnus
Est ubi? quem quandoprimus habebat
homo.

Tempore post paulo pelluntur Adamus &
Eva,

Ex quo jussu DEI non violare timent.

Quo me nunc vertam? mihi sis, mi Christe,
benignus ;

Cœlum, ut spero, mihi mox Paradisus erit.

HISTORIA IV.
DE PRIMORUM PARENTUM
PECCATO.

Gen. II. & III. Cap.

Gen. II, (1) **I**n medio Paradiso fuit arbor sci-
9.
17. entiaë boni atque mali; (2) quæ
quidem tulit fructus (3) oculis gra-
tos; sed iis vesci neque Adamo ne-
que Evæ licuit. (4) DEUS enim A-
damo his verbis interdixerat ea arbo-
re: (5) Si ea vesceris, moriere. (6)
III, 6. Parentes vero primi DEI interdictum
respuentes vescebantur arboris fructu.

Perspicua Quæstiones.

1. Quid fuit in medio Paradiso?
2. Quid tulit ista arbor?
3. Quales fuerunt ejus fructus?
4. Cur eis non licuit vesci?
5. Quid DEUS minatus erat?
6. Numnam primi parentes paruerunt legi?

(7)

(7) Ut ita peccarent , diabolus (8) Gen. III,
in serpente latens eis persuasit. (9) 1.
Serpens enim : (10) Nequaquam mor- 4.
te multabimini , inquit mulieri ; sed si 5.
de eo comederitis , quasi Dei eritis.
(11) Mulier existimans , arborem , 6.
cum sit ad discendum optabilis , esse
& ad vescendum fatis accomodam :
(12) de fructu ejus non tantum ipsa
comedit , sed suo quoque viro dedit.
(13) Cum jam advesperasceret , Crea- 9.
tor in pomarium veniens Adamum in-
clamat : Ubi es ? inquit. (14) Ada- 8.
mus vero & Eva in medias pomarii
arbores sese abdiderant , (15) fece- 7.
rantque sibi confertis ficulneis foliis
subligacula : (16) Puduit enim eos esse
nudos. (17) Ratio DEO cum reddenda 10.
esset , quare ejus legem violassent,

7. Quis eis , ut peccarent , persuasit ?
8. Ubinam latuit diabolus ?
9. Quocum collocutus est hostis ille infensus ?
10. Quid mulieri dixit serpens ?
11. Quid existimavit mulier ?
12. Quid igitur fecit ?
13. Quid propterea Jova DEus egit ?
14. Quo se Adamus & Eva abdiderant ?
15. Quid eis in arbuftis fuit negotii ?
16. Cur sibi fecerunt subligacula ?
17. Quo pacto excusarunt peccatum ?

- Gen. III, alius in alium transtulit culpam. (18)
 12. Adamus enim dixit, id sibi persuasum
 13. esse a muliere; (19) Eva vero, se a
 serpente deceptam esse, ait. (20)
 23. DEO autem responsione illa cum ne-
 quaquam satisfieret, ambos ex pomario
 ejecit. (21) Accessit etiam, ut quis-
 que peculiari afficeretur pœna. (22)
 16. Evæ dixit DEUS: Tu natos cum do-
 lore paries, & pendebis a viro tuo,
 tibi que ipse imperabit. (23) Adamo
 19. hæc imprimis dixit; Cum vultus tui fu-
 dore victum tolerabis, donec redeas
 in humum, ex qua ortus es: Nam
 15. pulvis es, & in pulverem redibis. (24)
 Serpentem ita DEUS est allocutus:
 Gal. IV, Mulieris semen caput tibi illidet. (25)
 4. Per mulieris vero semen nemo intelli-
 gitur, nisi JESUS CHRISTUS, qui adve-
 niente pleno tempore ex muliere erat

18. Quid excusationis habuit Adamus?
19. Quid ait tandem Eva?
20. Numnam DEO sic satisfactum est?
21. Acquievitne DEUS in eo?
22. Quid Evæ nuntiavit Deus?
23. Quid DEUS Adamo dixit?
24. Quibusnam verbis allocutus est serpentem?
25. Quid per mulieris semen indicatur?

nascendus. (26) Postremo eis DEUS tunicas fecit pelliceas, quibus eos induit, sicque eos dimittens Paradiso, terga vertere coegit. Gen. III,
21.

26. Quidnam DEus Adamo & Evæ pro viatico dedit?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Inde, quam grave sit peccatum, non obedire DEO, discimus.*

DEus enim primos parentes, quod morem ei non gesserant, ex Paradiso ejecit.

II. *Porro, quis primus in mundum intulerit mendacium, intelligitur.*

Nemo nisi diabolus, qui non dubitavit Evæ dicere, eam fore Dei similem.

III. *In hortum intranti, quid cogitandum sit, memoriaeque repetendum, denique videmus.*

Repetendum est omnino memoria, quam turpiter peccatum sit a primis parentibus in Paradiso, pomario illo.

BONÆ MEDITATIONES.

Veste pudens tegitur post lapsum nudus
Adamus,

Ante malum sancto nullus amictus erat.

O tumidi pannis, quæ vos dementia cepit!
Vestibus haud unquam splendidus esse
volo.

Vitabo fastum, mihi eritque modestia cura,
ræ,

Cum te go me, studeo criminis esse memor.

HISTORIA V.
DE CAINO FRATREM ABELEM
OCCIDENTE.

Genesis IV. Cap.

Gen. IV, (1) **A**damus ex Eva duos procreavit filios; (2) quorum natu major nomine appellatus est Cainus, 1.
2. (3) fuitque agricola, (4) minor vero nomen accepit Abel, (5) fuitque opilio. (6) Ambo hi fratres JOVÆ libaverunt munus, (7) Cainus de terræ frugibus, (8) & Abel de pecorum suorum primigenis. (9) Gratius vero DEO optimo fuit Abelis, quam Caini munus. (10) Abel enim probus, Cainus vero vir erat improbus. (11) Quam rem ita acerbe tulit Cainus, ut, (12)

Ebr. XI, 4.
Gen. IV, 8.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quot filios ex Eva procreavit Adamus?
2. Quo nomine natu major appellatus est?
3. Quo vitæ genere usus est?
4. Quodnam nomen accepit filius natu minor?
5. Fuitne Abel etiam agricola?
6. Quid ambo fratres DEO libaverunt?
7. Quid Cainus libavit?
8. Quid Abel?
9. Cujusnam munus DEO fuit gratissimum?
10. Cur Abelis munus gratius fuit?
11. Vimne Cainus fratri intulit?
12. Ubinam facta est cædes?

cum

cum ambo essent ruri, Abelem interficeret. (13) Cæde facta DEUS sic Gen. IV.
Cainum allocutus est : Ubi est Abel 9.
frater tuus? (14) Cui ille iratus; Ne-
scio, inquit: Nunquid ego mei fratris
sum custos? (15) DEUS vero pro- 10.
pterea non filet, sed: Quid fecisti? in-
quit, sanguis ipse tui fratris ad me ex
terra voce conqueritur. (16) Cainus 11.
id factum cum negare non posset, a
DEO pœna ea est affectus, ut es- 12.
set extorris, per orbem terrarum va-
gans. (17) Tantum autem abfuit,
Cainum ut peccati pœniteret, ut is po-
tius in desperationem incidens dice-
ret, (18) majorem suam esse culpam, 13.
quam ut remitteretur. (19) Idem Cai- 17.
nus postea condidit urbem, quam no-
mine Hanoch appellavit. (20) Ejus VI, 2:
posterii omnes fuerunt impii, (21).

13. Quid DEus dixit?
14. Quid contra Cainus respondit?
15. Numnam Deus filet?
16. Qua pœna Cainus est affectus?
17. Pœnituitne Cainum peccati?
18. Quid Cainus desperans dixit?
19. Quid condidit Cainus?
20. Quales fuerunt Caini posterii?
21. Quo nomine vocantur in sacris literis?

Gen. IV, 25. quare in sacris literis filii hominum vocantur. (22) Interea Adamus ex uxore suscepit filium loco Abelis, quem VI, 2. nomine Sethum nuncupavit; (23) cujus posterii cum essent pii, (24) nomine Dei filiorum in sacris literis ornantur. (25) Inter Sethi posteros celeberrimi sunt Henochus & Methusala. V, 24. (26) Ille enim sese ex DEI voluntate gerens, a DEO vivus sublatus est in cœlum; (27) hic vero omnium hominum diutissime, (28) & 27. quidem nongentos & sexaginta novem vixit annos.

22. Quis in Abelis locum successit?
23. Quo animo fuerunt Sethi posteri?
24. Quo nomine ornantur in sacris literis?
25. Quinam inter pios sunt celebres?
26. Cur Henochus memoria dignus?
27. Quamobrem Methusalæ fit mentio?
28. Quot annos Methusala vixit?

SENTENTIÆ UTILES.

I. Adamus vel inter duos, quos initio habuit, filios unum vidit esse impium.

Unde, a mundi initio usque pios impiosque fuisse, constat.

II. Cainus neque corruptus a quoquam, neque allectus, fratrem interfecit suum.

Unde, malum intus in hominis animo residere patet.

III. DEUS optimus, Abelem interfectum, etiam negante Caino, probe scivit.

Unde, DEUM, omnium rerum conscium falli non posse, intelligitur.

BONÆ MEDITATIONES.

Vita privasset fratrem simulatque Cainus;
Sanguinis effusi clamor ad astra volat.
Si Dominus vindex peccantis crimina no-
vit,

Nec Dominum poterit culpa latere mea,
Hinc fugiam crimen quodvis cane pejus &
angue.

Ne maneat memet pœna parata Dei.

HISTORIA VI.
DE DILUVIO.

Gen. VI, VII, VIII. & IX. Cap.

(1) Spiritui Dei homines semper re- Gen. VI. 3.
pugnauerunt; (2) quorum qui-
dem DEUS centum viginti annos ex-
spectavit pœnitentiam vitæque emen-
dationem; (3) sed noluerunt ad me- Matt. XXIV. 38.
liorem frugem redire, verum potius
comedebatur, potabatur, contraheban-

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quonam modo homines ante universa ter-
ræ inundationem vixerunt?
2. Quot annos expectavit DEUS eorum emen-
dationem?
3. Numnam ad meliorem frugem redierunt?
tur

tur invicem matrimonia. (4) Erat autem vir unicus ætatis suæ justissimus ac integerrimus, nomine Noa appellatus. (5) cui DEUS, arcam (6) trecentos cubitos longam, quinquaginta latam & triginta altam ut construeret, mandavit. (7) Eodem intulit Noa primum paria ex omnibus animalibus, quæ in aqua vivere non possent. (8) Deinde omnis generis cibaria, quæ ad unius anni victum essent necessaria, comportavit. (9) Tandem Noa ejusque uxor, & tres filii & tres nurus, (10) numero octo homines, ingressi sunt arcam. (11) Omnes cum intrassent, conclusit eos in arca DEUS. (12) Quo factò proruperunt omnes Oceani fontes, reclusisque cœli meatibus, (13) quadraginta dies noctesque perpluit. (14) Unde ita auctæ sunt un-

4. An nulli pii fuerunt in terra reliqui?
5. Quid construendum DEUS Noæ mandavit?
6. Quanta fuit arca?
7. Quid Noa in eam intulit?
8. Quid tot animalia comederunt?
9. Quis una cum Noa ingressus est arcam?
10. Quot fuerunt homines?
11. Quis eos conclusit in arca?
12. Unde tanta vis aquarum promanavit?
13. Quot dies perpluit?
14. Quousque montes aquis sunt obruti?

dæ, ut altissimi montes ad quindecim cubitorum altitudinem obruerentur.

Gen. VII

(15) Aquæ tantæ in terris centum

24.

quadraginta dies viguerunt, (16) in

22.

quibus omnia, quæcunque in terra vi-

18.

talem spiritum naribus ducebant, mor-

VIII, 4.

tua sunt. (17) Noa interim in arca per

6.

undas hinc inde latus est. (18) Deni-

7.

que arca super montes Ararat substitit.

(19) Noa igitur, utrum aquis levata

9.

esset terra, sciendi cupidus, (20) e-

11.

misit diversis temporibus quatuor aves,

12.

(21) corvum & tres columbas. (22)

Corvus egressus revertit, donec ab a-

quis exsiccata esset terra. (23) Prima

columba revertens nihil secum attulit;

(24) secunda rediit in arcam, evulsum

olivæ folium rostro ferens; (25) ter-

tia nunquam rediit, quod jam exsicca-

15. Quamdiu aquæ viguerunt?

16. Quid generi humano accidit?

17. Quid fiebat interim Noæ in arca?

18. Quo loco arca substitit?

19. Cujus ergo rei Noa cupidus fuit?

20. Quonam modo id poterat explorare?

21. Cujus generis aves emisit?

22. Quid corvus fecit?

23. Quid columba prima?

24. Quid secunda?

25. Quid tertia?

Gen. VIII. 16 ta erat terra. (26) Postremum DEUS ipse veniens Noæ præcepit, (27) ut exiret de arca una cum sua conjuge, & filiis, eorumque uxoribus. (28)

20. Noa, simul ac rediisset in agrum, construxit aram, solidumque fecit sacrificium. (29) Quo DEUS ita est delectatus, ut Noæ ejusque tribus filiis

21. fausta nuntiaret. (30) Quin arcum posuit in nubibus, qui significaret, DEum pro sua clementia, ut terra rursus sic inundaretur, nunquam esse commissurum.

26. Quis Noam ex arca dimisit?

27. Quid DEus Noæ præcepit?

28. Quid primum Noa egit?

29. Placuitne DEO Domino sacrificium?

30. Quodnam gratiæ signum DEus ei dedit?

SENTENTIÆ UTILES.

I. Propter peccata interiit genus humanum cum animantibus. Quid inde discimus?

DEum esse severum vindicem, qui neminem impune peccare permittat.

II. DEus centum viginti annos hominum peccatorum penitentiam ante diluuium expectavit. Quid ergo colligi potest?

DEum esse ita lenem & mitem, ut diu vitæ emendationem expectet.

III. Diluuium cum omnes perirent, pius Noa una cum suis servatus est. Quid inde potest disci?

DEum esse æquum judicem, qui probos cum impiis non perdat.

BONÆ MEDITATIONES.

Orbem terrarum Dominus disperdidit unda;

Noam cum paucis liberat arca nece.

Postremo mundus totus confumitur igne,

Quonam tum capiet sancta caterva fugam?

Isthæc cum tandem ruitura est machina mundi,

Christe, tuum patulum fit latus arca mihi!

HISTORIA VII. DE TURRI BABYLONICA.

Gen. XI. Cap.

- (1) **P**ost diluvium universus terrarum Gen. XI,
 orbis eodem sermone atque o- 1.
 ratione usus est. (2) Hominesque 3.
 cum admodum essent aucti, suscepe-
 runt immensam ædificationem. (3) 4.
 Instituerunt enim urbem ædificare &
 turrim, quæ fastigio cælum attingeret.
 (4) Animi fastu ducti propterea id ag- 4.
 gressi sunt, ut sibi famam apud poste-
 ros pararent. (5) Ad illam urbem & 5.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quot linguis homines post diluvium usi sunt?
2. Quid homines post diluvium susceperunt?
3. Quid ædificare instituerunt?
4. Quo genio ducti ædificarunt?
5. Numnam hoc DEO erat apertum?

- Gen. XI, turrim visendam descendit DEUS.
6. (6) Sed conatus mortalium erat ejusmodi, ut DEO nullo placeret modo.
7. (7) Qui cum ab ædificatione non desisterent, DEUS eorum sermonem ita confudit, ut alii aliorum orationem
8. non intelligerent. (8) Quo factum cum opus perfici non posset, alter hinc, alter illinc digressus est cum suis.
9. (9) Memoriae causa urbs ista Babylon nominata est, (10) quæ vox latine redditur confusio.

6. Placuitne Deo ejusmodi ædificatio?
7. Quemadmodum DEUS ædificationem impedivit?
8. Quid linguæ confusionem insecutum est?
9. Quo nomine urbs est nominata?
10. Qui hæc vox Babylon redditur latine?

SENTENTIÆ UTILES.

I. Dominus DEUS, quid homines in terris moriantur, aut moveant, animadvertit.

Id quod exemplo construendum turrim Babyloniam comprobari potest: Tum enim DEUS descendit ad visendam turrim.

II. Ut longe lateque peccatorum patet via, sic ei, qui sumtuosas construunt domus, sæpe DEUM laedunt & offendunt.

Turris enim Babylonica Deo optimo nequaquam placuit.

III. Dominus DEUS conatus hominum facillime potest infringere.

Babylone enim cum ædificantium linguam confunderet DEUS, abstinendum fuit ab opere.

BONÆ MEDITATIONES.

Terricolis miseris non raro tecta parantur,
Haud fecus ac turris, quæ Babylone fuit;
Cum tamen omnis homo tantum sit in or-
be viator,

Per deferta means, altaque regna petens.
Hic me non tangit vanarum cura domo-
rum,

Si tantum cœli mansio grata datur.

HISTORIA VIII.
DE ABRAHAMO ET SARA.

Gen. XVIII. Cap.

(1) Cum aliquando DEUS Abrahamum allocutus est, ei promisit, fore, ut omnes in eo orbis nationes bearentur; (2) quod perinde erat, ac si dixisset, esse futurum, ut omnium hominum servator ex ejus posteris nasceretur. (3) Abrahamus

Gen.
XII, 3.

Gen.
XVII,
15.

Perpicue Questiones.

1. Quid DEUS Abrahamo promisit?
2. Quid verba ista significarunt?
3. Quamnam Abrahamus habuit uxorem?

Gen. XVI, 1. quidem habebat Saram uxorem, (4) sed ea erat sterilis & nihil pepererat. XVIII, 11. (5) Nec spes erat, fore, ut pareret, cum utrique senes essent, atque ætate provectiore. (6) Nihilofecius tamen Abrahamus DEum promissa servaturum credidit; (7) id quod DEus ei justitiæ duxit. (8) Abrahamus aliquando ad tabernaculi januam sedens conspexit homines tres ad se accedere sibi ignotos. (9) Fuit autem DEI filius cum duobus angelis, qui omnes hominum induerant formas. (10) Quibus Abrahamus ad se invitatis aquam ad lavandos pedes afferendam curavit; (11) deinde sub arbore quadam, quo eos adduxerat, (12) vitulum, quem apparuerat, placentas, lac & butyrum eis apposuit. (13) Sara

17.
Ebr.
XIII, 2.

Gen.
XVIII, 3.

4.

8.

9.

4. Num erat eis soboles?
5. Eratne ulla spes prolis?
6. Dubitavitne Abrahamus id esse futurum?
7. Quid ista sua fiducia profecit?
8. Quos homines aliquando ad se accedentes conspexit?
9. Quinam isti fuerunt tres homines?
10. Quomodo hospites eos accepit?
11. Ubinam cœnatum est?
12. Quid eis apposuit Abrahamus?
13. Sarane una mensæ accubuit?

ejus

ejus uxor non quidem mensæ una ac-
 cubuit, (14) ex postico vero taber-
 naculi, quæcunque inter cœnam pro-
 nuntiabantur, poterat percipere auri-
 bus. (15) Dominus DEUS Abrahama
 inprimis ita dixit: Cum revisam
 te anno vertente, habebit Sara uxor
 tua filium. (16) Id illa cum inaudiret,
 risit secum; (17) DEUS vero eam
 arguens: Estne res ulla, inquit, quam
 DEUS non possit? (18) Mulier bona
 quidem voluit carere culpa, negavit-
 que se risisse; (19) DEUS autem Sa-
 ram accusans risisse eam confirmavit.
 (20) Postea vero promissa recte appa-
 ruerunt, (21) isque, quem enixa est
 Sara filium, nomine appellatus est Isaa-
 cus. (22) Natus ille est, cum Abrahama
 esset centum & Sara annorum no-
 naginta.

Gen.
XVIII,

10.

12.

13.

15.

XXI, 3.

XVII, 17

14. Potuitne quæ inter cœnam pronuntiarentur,
audire?
15. Quid DEUS Abrahamo inter cœnam dixit?
16. Quid Sara animo secum cogitavit?
17. Quid de risu DEUS ait?
18. Quid Sara negavit?
19. Quid contra DEUS confirmavit?
20. Numnam promissa apparuerunt?
21. Quo nomine infans appellatus est?
22. Quot annorum tum erant isti parentes?

SENTENTIÆ UTILES.

I. Ex hac historia, spiritus forma aspectabili posse, si velint, apparere, constat.

Spiritus enim cum Abrahamo locuti sunt, comederunt & biberunt.

II. Porro non ita multa fercula in conviviis apponenda esse, intelligitur.

Abrahamus enim non nisi vitulum, placentas, lac & butyrum apposuit Deo.

III. Tandem DEum posse, quæ vires hominum excedant, cognoscitur.

Sara enim enixa est filium, licet annos jam haberet nonaginta.

BONÆ MEDITATIONES.

Cum confirmaret Dominus, Saram parituram,

Ridens haud fieri posse putabat ea.

Postea sed Dominus verbis his arguit ipsam:

Summum nonne putas omnia posse Deum?

Hoc dictum semper constanti pectore condens,

Firma fides, faciam, sit maneatque mea.

HISTORIA IX.

DE SODOMA ET GOMORRA.

Gen. XIX. Cap.

Gen.
XIX, 1.

(1) In urbe Sodoma præter unicum hominem, (2) nomine Lotum vocatum, probus fuit nemo. (3) Ille

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quotnam probi homines Sodomæ fuerunt?
2. Quo nomine sanctus ille homo vocatus est?
3. Ubi sub vesperam fuit Lotus?

sub

sub vesperam ad portam Sodomæ se-
 dens (4) conspicatus est præter cete-
 ra duos Angelos per portam sibi ob-
 viam procedentes; (5) quos rogavit, ^{Gen.} XIX, 2.
 ut ad se in eam noctem diverterent.
 (6) Antequam vero ei cubitum disces-
 sissent, Sodomitani domum obsederunt, 4.
 (7) postulantes, sibi dari homines ibi 5.
 pernoctantes, (8) ut eos turpiter co-
 gnoscerent. (9) Lotus quidem ad eos 6.
 extra fores egressus ita eis dixit: (10) 7.
 Nolite, quæso, fratres, scelus facere;
 (11) eisque pollicitus est, se filias 8.
 suas, ut parcerent peregrinis, produ-
 cturum. (12) At illi in eo non ac- 9.
 quieverunt, sed dixerunt, non esse
 ferendum, ut, qui peregrinans adef-
 set, is aliis facienda præscriberet. (13)
 Cum accurrerent comprehensum Lo-
 tum, hospites Loto manibus suis intro 10.

4. Quis per portam ei obviam processit?
5. Quid Lotus ab Angelis rogavit?
6. Quid noctu accidit?
7. Quid sibi scelesti isti volebant?
8. Quid Angelis facere voluerunt?
9. Quid Lotus in periculo constitutus consilii cepit?
10. Quid Lotus scelestis illis dixit?
11. Quid Lotus pollicitus est eis?
12. Quid responderunt illi?
13. Quid Angeli fecerunt?

Gen.
XIX, 11.

- ad se recepto ostium obseraverunt. (14) Scelesti quidem illi effringere fores laborabant, sed tanta eis injecta est cæcitas, ut ostium invenire frustra conarentur. (15) Cum a foribus discessissent, Angeli Loto dixerunt, se a DEO esse missos perditum eum locum. (16) Admonuerunt quoque Lotum, ut ipse cum suis sine mora relinqueret urbem. (17) Lotus igitur generos suos, qui ejus filias duxerant, hortatur, ut ex eo loco una secum emigrarent. (18) Sed illi eum jocari arbitrati sunt. (19) Jam sub auroræ ortum urgebant Angeli Lotum, ut festinanter egrederetur; (20) cunctantem isti manuprehendunt, (21) nec non ejus conjugem & filias extra urbem educunt, atque sistunt. (22) Quibus eductis Angeli, ut iter festinarent, nec post tergum respicerent, donec evasissent in

14. Effregeruntne Sodomitani fores?

15. Quid Angeli postea Loto aperuerunt?

16. Quid consilii ei dederunt?

17. Quem propterea hortatus est Lotus?

18. Quid generi arbitrati sunt?

19. Quid Angeli sub auroræ ortum faciebant?

20. Num Lotus statim obsequitur?

21. Quo eum modo Angeli educunt?

22. Quid extra urbem Angeli eis præceperunt?

mon-

montem, præceperunt. (23) Lotus vero timens, ne in monte exitio correptus exanimaretur, confugit ad propinquum oppidulum dictum Zoar. (24) Quod quidem DEUS etiam evertere constituerat, sed indulgens Loto istud non eruit. (25) Angelus rursus eum his verbis monuit: Matura eo te recipere: Neque enim mihi fas est, quicquam facere, donec eo perveneris. (26) In quod postquam Lotus sole oriente ingressus est, (27) depluit de cælo ignem & sulphur in Sodomam & Gomorram, totaque regio deleta est. (28) Uxor autem Loti negligens Angeli interdictum respexit, & in statuum salis versa est.

23. At quid Lotus timuit?
 24. Quid Zoar oppido accidit?
 25. Quid postremo Angelus monuit?
 26. Quando Lotus venit in oppidum Zoar?
 27. Quid postea accidit Sodomitanis?
 28. Qua pœna multata est Loti uxor?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Domus proborum a sanctis Angelis custodiri, hic videmus.*

Sodomæ enim scelestis tanta cæcitas injecta est, ut ne januam invenirent.

II. *Deum bonos cum malis perdere non consuevisse, hic cognoscimus.*

DEUS enim, cum Sodomam evertere constituerat, educendum sanctum Lotum curavit.

III.

III. Quod DEUS præcepit, aut prohibet, accurate tenendum est.

Loti enim uxor respicere prohibebatur, quæ, cum minus obsequeretur, in statum falis versa est.

BONÆ MEDITATIONES.

Non DEUS evertit pariter pravosque bonosque :

Lotus servatur dispereunte malo.

Quid? quod cum Dominus statuit punire malignos,

Monstrat ubi sanctis sint loca tuta suis.

Integer esse volo, ceu Lotus largus ubique,

Quo cadit effrenus tempore, salvus ero.

HISTORIA X. DE ISAACO IMMOLANDO.

Gen. XXII. Cap.

Gen.
XVIII,
18.

(1) Abrahamus ex Sara unicum filium Isaacum suscepit, (2) eique promisit DEUS, fore, ut in ejus stirpe omnes orbis terrarum bearentur gentes. (3) Sed vir optimus inopinato a DEO jubetur, filium isthunc tantæ spei mactare atque immolare. (4) Hoc autem modo DEUS tentare vo-

XXII, 2.

1.

Perpicuæ Quæstiones.

1. Quot Abrahamus habuit filios ex Sara?
2. Quid Abrahamo de filio DEUS promisit?
3. Quid vero jubetur a DEO?
4. Quamobrem id jussit DEUS?

luit

luit Abrahamum, atque videre, utrum
 sibi sit obsecuturus. (5) Abrahamus ^{Gen.} XXII, 3.
 iussa facit, & proficiscitur cum filio
 in montem Moriam. (6) Pater sumto 6.
 igne & cultro, (7) & filius lignis sa-
 crificialibus humeris impositis, in eum
 locum ire contendunt. (8) In via fi- 7.
 lius ex parte quæsit, ubinam agnus
 immolandus esset? (9) Cui vero pa- 8.
 ter: DEUS providebit ipse sibi agnum
 ad immolandum, fili, inquit. (10) Ubi 9.
 in locum perventum est, Abrahamus
 aram exstruxit, eique ligna imposuit.
 (11) Deinde filium suum constrictum
 lignis in ara superponit. (12) Postea 10.
 cultro cum manum admoveret ad filium
 suum immolandum, Domini Angelus de
 cælo revocans: Abrahame, Abrahame,
 inquit. (13) Cui ille: Quid est? (14) 11.
 Noli, inquit Angelus, puero manum 12.
 afferre; nam fatis jam mihi explorata

5. Quid Abrahamus facit?
6. Quid sumsit pater?
7. Quid sibi imponi passus est filius?
8. Quid Isaacus in via ex patre quæsit?
9. Quid ipsi est responsum?
10. Quomodo Abrahamus apparat victimam?
11. Quid filio facit?
12. Quid interea accidit?
13. Quid Abrahamus Angelo respondit?
14. Quid Angelus porro dixit?

Gen.
XXII,
13.

16.

tua religio est. (15) Tum Abrahamus erectis oculis pone conspexit arietem cornibus in dumo hærentem : (16) Ad quem accessit Abrahamus, & comprehensum pro filio suo immolavit. (17) Obsequium hocce DEO perplacuit, (18) & Abrahamo denuo promissum est, fore, ut in ejus stirpe omnes gentes redderentur beatæ.

15. Quid Abrahamus in dumo conspexit ?

16. Quid fecit arieti ?

17. Placuitne DEO illud obsequium ?

18. Quid Abrahamo est promissum ?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *DEus tentavit Abrahamum, utrum ille sit obsecutus.*

Unde a Deo fideles interdum tentari patet.

II. *DEus, quo minus Abrahamus filium mactaret, prohibuit.*

Unde videmus, Deum suos ex tentationis periculo rursus eripere.

III. *Dominus DEus Abrahamo promissum denuo confirmavit.*

Unde omnes tentationes fidelibus esse emolumento, intelligimus.

BONÆ MEDITATIONES.

Isaci gentem promittit reddere faustam,

Ast illum cædi mox jubet ipse DEUS.

Abramo poterat nec quicquam durius esse,

Tentamen vero fortiter ille tulit.

Sancte DEUS, quid si quoque me tentatio vexet,

Nescio, num mea sit tanta futura fides.

HISTO-

HISTORIA XI.
DE ISAACI SPONSALIIS.

Gen. XXIV. Cap.

(1) Abrahamus, cum jam consenuisset & ætate processisset, filius ejus ut duceret uxorem, optavit.	Gen. XXIV, 1
(2) Prohibuit autem, quantum potuit, quominus uxorem ex Chananæis duceret, sed voluit nurum habere ex sua gente.	3.
(3) Servum igitur, quem domi seniores habebat, & omnibus suis præfererat, nomine Eleazarum, misit in Patriam suam.	4. 2.
(4) Abrahami vero consanguinei tum habitabant in oppido Naboris.	10.
(5) Extra urbem erat puteus, ubi adaquabantur pecudes;	11.
(6) oppidanorum puellæ eo sub vesperam venire consueverant aquam haustum.	12.
(7) Eleazarus ad fontem istum stans a DEO petiit, ut sibi, quæ sit futura Isaaci spon-	

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid Abrahamus, cum consenuisset, optavit?
2. Unde nurum voluit?
3. Quem misit contractum matrimonium?
4. Ubinam habitabant Abrahami consanguinei?
5. Quid erat extra urbem?
6. Quis venire ad fontem consueverat sub vesperam?
7. Quid Abrahami servus a Deo petiit?

sa,

- Gen. XXIV. 16. sa, ibidem indicaret. (8) Interea virgo
 15. facie elegantissima Rebecca nomine ex
 17. urbe venit, (9) cujus pater fuit Ba-
 thuel, Abrahami confanguineus. (10)
 Quæ cum repleviffet urnam aqua, E-
 leazarus: Heus, inquit ei, da mihi bi-
 bere paulum aquæ ex tua urna. (11)
 18. Quod Rebecca continuo fecit, came-
 19. losque ejus adaquandos suscepit. (12)
 14. Quia sic hoc acciderat, ut precatus e-
 21. rat a DEO servus; inde conjecit, fo-
 re, ut DEUS sibi iter fortunet. (13)
 22. Deinde puellæ prolatam inaurem, &
 23. duas armillas aureas donat: (14) quæ-
 ritque ex ea, an fit domi patris ejus lo-
 28. cus sibi ad pernoctandum? (15) Puel-
 la confestim domum parentibus munus
 a peregrino homine acceptum monstra-
 27. tum cucurrit. (16) Interim servus Do-
 mino DEO gratias egit, quod iter ad
 domum cognatorum Abrahami direxif-

8. Quænam deinde puella ad fontem venit?
9. Quo nomine appellatus est ejus pater?
10. Quid servus puellam rogavit?
11. Numnam, quod servus petierat fecit?
12. Quid servus inde conjecit?
13. Quid servus puellæ donat?
14. Quid ex ea quærit servus?
15. Quid deinde Rebecca egit?
16. Quid servus interim fecit?

fet. (17) Paulo post Rebeccæ frater ex urbe ad hominem foras ad fontem cursu contendit, (18) eumque a DEO salvere iustum hortatur, ne foris maneat. (19) Simulac servus domum esset ingressus, quid sibi velit, exponit. (20) Hæc plane a DEO orta res est, parentes inquirunt, respondentes, neque nos tibi omnino repugnare possumus. (21) Tum pater ex puella quæsit, velitne cum homine discedere? (22) illa vero velle, dicit. (23) Iter igitur suscipitur, puellæque frater & sorores dimiserunt Rebeccam, eique fausta precati sunt his verbis: Proles tua, nostra soror, multa millia ut sint, optamus.

Gen.
XXIV,
29.

31.

33.

50.

58.

59.

60.

17. Quis ex urbe contendit ad hominem?
18. Quemadmodum Labanus Abrahami servum accepit? Resp. comiter.
19. Quid servus exponit puellæ parentibus?
20. Quid ipsi est responsum?
21. Quid pater ex puella quæsit?
22. Quid puella respondit?
23. Quid cum discederet, est factum?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Parentum est, labori assuefacere liberos.*

Hic enim Rebeccam, licet præclari viri in civitate esset filia, pecudes curare, videmus.

II. *Insciis parentibus inire matrimonia liberis non est licitum.*

Abrahamus filio prospicit, & filia sua Bathuel.

III. *Ut vero parentes liberos matrimonium inire cogant, æquum haud est.*

Rebecca imprimis interrogata est, utrum vellet una cum Eleazaro proficisci?

BONÆ MEDITATIONES.

Arduum opus faciens Elieser servus Abami,

Incipit a precibus, sperat & optat opem.
Cumque videt Dominum cœptis clementer adeste,

Et soli laudes dat tribuitque DEO.

Ordinar a precibus, mihi sit quodcunque parandum,

Et finem faciam non sine laude DEI.

HISTORIA XII.

DE ISAACO NATIS SUIS BENE OMINANTE.

Gen. XXVII. Cap.

Gen.
XXV,
24.
25.

(1) **I**saacus ex Rebecca genuit duos filios, eosque gemellos; (2) quorum unus, quem mater primum erat enixa, Esaus vocatus est nomine,

Perspicuae Quaestiones.

1. Quot Isaacus habuit filios?
2. Quo nomine major natu nominatus est?

(3)

(3) rufus totus : Alter glaber (4) nominatus est Jacobus. (5) Esaus jam adultus fuit venandi peritus & agrestis; (6) Jacobus autem vir integer, tabernaculorum habitator. (7) Illum Isaacus, (8) hunc Rebecca adamabat. (9) Ut Isaacus confenuerat, ejus oculi erant caligantes, ut nihil videret. (10) Constituit ergo secum bene ominari filiis, (11) at optime ominari non probo Jacobo, sed impio Esao in animum induxerat. (12) Hac mente sic alloquitur Esaum : Pete rus ad venandum mihi ferinam, ex qua pulpamentum ex eo genere, quo delector, conficies, mihi que comedendum afferes, ut tibi bene precer, antequam morior. (13) Hæc verba audiens Rebecca (14)

Gen.
XXV.

26.

27.

28.

XXVII.

1.

2.

3.

4.

5.

3. Quî cute potuerunt distingui?
4. Quo nomine minor appellatus est?
5. Cujusnam rei peritus fuit Esaus?
6. Qua ratione Jacobus degit vitam?
7. Quem pater adamabat?
8. Quis acceptus fuit matri?
9. Quid Isaaco ætate jam decrepita accidit?
10. Quid secum ante constituit, quam e vita discederet?
11. Cui potissimum bene ominari voluit?
12. Quid imperavit filio Esao?
13. Quis hoc inaudit?
14. Quid Rebecca secum cogitavit?

Gen.
XXVII,

9.

10.

11.

12.

13.

15.

16.

18.

19.

20.

statim secum cogitavit, quemadmodum
 efficeret, ut pater filio minori natu be-
 ne precaretur. (15) Quare jussit Ja-
 cobum duos hædos de grege afferre,
 ex quibus ipsa pararet edulium ad pa-
 tris palatum, quod ille simulans Esau
 patri apportaret. (16) Jacobus qui-
 dem: Verum Esaus frater hirsutus est,
 inquit matri, ego depilis; vereor, ne
 mihi patris imprecationem conciliave-
 ro, non faustam precationem. (17)
 Sed mater, imprecationem, inquit,
 ego præstabo, nate, tu modo mihi
 morem gere. (18) Parato edulio ve-
 stimentis Esai Jacobum vestivit, (19)
 manus autem & cervicis lævorem hæ-
 dorum pellibus munivit. (20) Igitur
 illi appropinquanti dixit pater senex:
 Quis tu es, fili? (21) Ego sum Esaus,
 inquit Jacobus, primogenitus tuus. A-
 ge, fede, & vescere ferina mea. (22)

15. Quid consilii dedit filio Jacobo?

16. Quid vereri se ait Jacobus?

17. Quid ei mater confirmavit?

18. Quid matri cum Esai vestimentis fuit,

19. Quonam modo Jacobum reddit hirsutum?

20. Quid Isaacus Jacobo appropinquanti dixit?

21. Quid Jacobus respondit?

22. Quid porro Isaacus querit?

Isaacus porro quærit, quonam pacto tam cito nactus esset; (23) cui ille, Dominum DEum suum sibi objecisse, respondet. (24) Isaacus dolum subesse animadvertens, primum postulavit sibi manus, quas posset contrectare, porrigi; (25) quæ cum æque essent hispidæ ac Esai manus, dixit pater, vocem quidem Jacobi esse, sed manus Esai. (26) Postea rursus quæsit ita: Tu ergo es ipse natus meus Esaus? (27) cui ille: Plane, inquit. (28) Tum pater comedit, ministratumque sibi a filio vinum bibit. (29) Cibo sumto ita alloquitur Jacobum: Accede & me osculare, fili; (30) quo facto pater olfaciens vestimentorum illius odorem, certo hunc suum esse filium Esaum, sibi persuasit: (31) Quare ei bene precatus est, præter cete-

Gen.
XXVII,

21.

22.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

23. Quid fingit Jacobus?
24. Qua ratione Isaacus rem explorat?
25. Quid pater dixit de manibus hispidis?
26. Quid Isaacus postremum quæsit?
27. Quid Jacobus respondit?
28. Quid postea pater annosus fecit?
29. Quid Isaacus sumto cibo dicit?
30. Quid cum Jacobus oscularetur patrem, accidit?
31. Quibus verbis ei pater bene precatus est?

Gen.
XXVII,
30.

ra his utens verbis : Dominus esto fratrum tuorum , teque colant ex eadem tecum matre nati. Qui tibi male optabit, ei male esto, qui tibi bene optabit, ei bene esto. (32) Simulac Jacobus e conspectu patris abiit, Esaus a venatione rediens paratum pulpa-mentum patri ipse quoque obtulit. (33)

32. Tum pater : Quis tu es ? (34) & ille : Esaus, inquit, natorum tuorum grandior. (35)

33. Hic pater majorem in modum obstupefactus ita dixit : Frater me tuus callide aggressus tuam felicitatem præripuit, qui & fortunatus erit. (36)

34. Qua patris oratione audita Esaus admodum contristatus, lacrymis obortis, inprimis his verbis alloquitur patrem : Unanne felicitatem habebas?

38. bene precare etiam mihi, pater! (37)

39. Esao quidem pater etiam bene precatus est, sed quæ Jacobo voto fuerant decreta, revocari jam non poterant.

XXV,
31.

(38) Quo quidem consilio Esao nulla

32. Quando Esaus a venatione rediit ?

33. Quid Isaacus rogavit ?

34. Quid Esaus respondit ?

35. Quid pater dixit ?

36. Quo tum animo fuit Esaus ?

37. Paternæ ei quoque bene precatus est ?

38. Factane est sic Esao injuria ?

facta

facta est injuria : Vendiderat enim ætatis prærogativam, acceperatque pro ea leve confectum ex lentibus edulium.

(39) Quin & DEUS matri multo ante prædixerat, fore, ut minori serviret major.

(40) Esaus nihilominus in fratrem concepit odium, (41) inque hæc verba ipse secum evasit: patri quidem meo lugendi tempus appropinquat: Nam Jacobum fratrem meum interficiam.

Gen.
XXV,
23:

XXVII,
41.

39. Quid de eo prædictum erat?

40. Quo animo Esaus in Jacobum fuit?

41. Quid Esaus minatus est?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Votum parentum sæpe magnam vim habet.*

Isaacus Esau ita dixit: Jacobo bene ominatus sum, & fortunatus erit.

II. *Pietati proposita sunt præmia.*

Jacobus fuit homo integer, quare & contigit, ut pater ei vel invitus optime ominaretur.

III. *Quod DEUS decrevit non potest non fieri.*

DEUS prædixerat fore, ut minori serviret major, quo etiam modo id evenit.

BONÆ MEDITATIONES.

Quod DEUS impertit, poterit tibi nemo negare,

Ut cupiant multi mille nocere modis.

Non est mirandum, Jacobi crescere gentem,

Illum nam voluit forte beare DEUS.

Quod DEUS arbitrio mihi summus desti-
nat, omne
Accipiam certe vel prohibente dolo.

HISTORIA XIII.
DE SCALA IN SOMNIIS JACO-
BO VISA.

Gen. XXVII, & XXVIII. Cap.

Gen. XXVII, 41. (1) **J**acobus domi patris sui in vitæ periculo versatus est: (2) frater enim ejus Esaus interficere eum in animum induxerat. (3) Quod ut mater rescit, Jacobus ad illius fratrem Labanem ut confugeret, unamque ex ejus filiabus in matrimonium duceret, suavit. (4) Id consilium patri cum minus displiceret, filio denuo bene precatus est. (5) In itinere accidit, ut sol ante occideret, quam Jacobus in diverforium posset pervenire; (6) quare sub dio cum ipsi esset pernoctandum,

XXVIII, 2.
31.
11.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quæ fortuna fuit Jacobo domi patris?
2. Quemnam timuit?
3. Quid consilii ei mater dedit?
4. Placuitne patri consilium?
5. Quid in itinere Jacobo accidit?
6. Ubinam pernoctavit?

(7) saxis, quæ in eo loco erant, pro pulvino usus est. (8) Eadem nocte Jacobo in somniis visa est scala, quæ terræ innixa capite cœlum pertingeret; (9) per quam divini Angeli ascendentes & descendentes conspiciebantur, (10) atque illi imminens DEUS sic loquebatur: Cui tu incubas terræ, eam tibi, tuæque stirpi dabo, inque tua progenie omnes orbis terrarum gentes fortunabuntur. (11) Tum Jacobus a somno expergefactus: Quam terribilis est hic locus? inquit territus, nihil aliud est quam DEI domus, & porta cœli. (12) Mane ubi Jacobus surrexit, quod saxum capiti suo supposuerat, id in cippum erexit; (13) locum vero Bethel nomine vocavit, (14) simulque votum nuncupavit, si DEUS ipsum salvum ad patrem reduceret, eo se loco DEO domum ædificaturum, omniumque facultatum ei decumas daturum.

Gen. XXVIII,
12.
13.
17.
18.
19.
20.
21.
22.

7. Quonam usus est pulvino?
8. Quid visum est Jacobo in somniis?
9. Quis apparuit in scala?
10. Quid DEUS Jacobo dixit?
11. Quid Jacobus expergefactus ait?
12. Ut usus est saxo?
13. Quo nomine locum vocavit?
14. Quodnam simul votum nuncupavit?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Quid navis emigrantibus impertiendum sit, inde apparet.*

Bene ipsis precandum est, quemadmodum hic Isaacum filio Jacobo bene precatum esse videmus.

II. *Porro hostis conspectum esse fugiendum, docemur.*

Jacobus abesse a domo patris, quam cum fratre contendere maluit.

III. *Denique DEum sæpe suis se cognoscendum præbere in solitudine, hic discimus.*

Jacobus enim in aprico campo solus relictus conspexit, quod vix in amplissimo diversorio expectare potuisset.

BONÆ MEDITATIONES.

Visio, Jacobo quæ ruri contigit olim,

Non & sic oculis fissitur illa meis.

Attamen in verbis Domini mihi scala notatur,

Qua cælum gradibus præstat adire tribus?
Suntque favor Patris, tua vulnera, Christe,
cruenta,

Ac in corde fides, Spiritus alme, tua.

HISTORIA XIV.
DE DUPLICI JACOBI CONJUGIO.

Genesis XXIX. Cap.

Gen.
XXVIII,
2.

(1) **A**d Labanem (2) avunculum suum (3) Harane habitantem

Perspicuæ Quæstiones.

1. Ad quem concessit Jacobus?
2. Quis ille fuit?
3. Ubi Laban habitavit?

Ja-

Jacobus concessit. (4) Idem Laban habebat duas filias, (5) quarum natu major Lea nominabatur, (6) eratque oculis infirmis; (7) minor nomine Rachel vocabatur, (8) eratque specie & facie formosa atque honesta. (9) Jacobus cum jam ab Harane non procul abesset, vidit quendam puteum, (10) ex quo ejus regionis pastores greges adquare solebant. (11) Jacobus ibi sciscitatus est ex pastoribus, utrum nossent hominem Harane nomine Labanem? (12) Illi se nosse responderunt. (13) Hic cum quærere pergeret, valeretne Laban? accessit eodem tempore cum paterno pecore Rachel Labanis filia. (14) In cujus familiaritatem venire studens Jacobus avoluto ab ore putei saxo, pecus ada-

Gen.
XXIX,
16.

2.

5.

5.

6.

9.

10.

11.

4. Quot Laban habebat filias?
5. Quænam erat natu major?
6. Quo laborabat vitio?
7. Quo nomine minor vocabatur?
8. Quænam illa erat facie?
9. Quid Jacobus in itinere offendit?
10. Quis putei usus fuit?
11. Quid Jacobus ex pastoribus sciscitatus est?
12. Quid illi responderunt?
13. Quis fortuito ad puteum accessit?
14. Quemadmodum se præbet ei Jacobus?

quat

Gen. XXIX, 12. quat, puellamque osculatur. (15) Rachel actutum patri, sororis ejus filium Jacobum extra urbem ad puteum venisse, renuntiatum cucurrit. (16) Laban audito Jacobi nomine, ei obviam cucurrit, eumque complexus & osculatus (17) domum suam deduxit. (18) Ubi Jacobo nihil æque carum fuit & perjucundum, ac formosa Rachel. (19) Cujus pater Laban cum hortaretur, ut, quam Jacobus sibi velit ab ipso mercedem dari, statueret; (20) ille septem annorum servitium pro filia natu minore Rachele cum Labane paciscitur. (21) Laban non diu cunctans præfatus est, præstare se eam illi, quam alteri dare. (22) Igitur servivit Jacobus pro Rachele septem annos: (23) Quod spatium ei perinde visum est, ac si pauci dies fuissent; tanto-

15. Quid Rachel ocepit?

16. Quidnam Laban fecit?

17. Quo se recepit Jacobus?

18. Quid carissimum domi Labanis Jacobo fuit?

19. Quid Laban ex Jacobo audire voluit?

20. Quid Jacobus cum Labane paciscitur?

21. Quid præfatus est Laban?

22. Quod igitur annos pro formosa Rachele servivit Jacobus?

23. Nonne cum moræ tædium cepit?

pere

pere eam amabat. (24) Nuptiarum Gen.
XXIX,
vero die focer dolo eum decepit, ei- 23.
que in congressum Leam supposuit.
(25) Jacobus bonus vir mane demum, 25.
ubi Leam esse deprehendit, (26) cum
Labane quidem exoptulat, sese ei pro
Rachele servivisse ostendens, ab eo
decipi non debuisse: (27) Cui vero 26.
acquiescendum fuit, cum Laban re-
sponderet, non esse moris apud eos,
ut juniores ante collocarent, quam
grandiores. (28) Ei autem, ut proximi 27.
quoque septem annis sibi serviret,
suasit, pollicens, se etiam illam ei pro
alterius septennii servitute traditurum.
(29) Id quod fecit Jacobus, (30) 28.
atque ergo duas sorores in matrimo-
nium accepit. (31) In amore quidem 30.
Jacobus formosam Rachelem prætulit
Leæ deformi. (32) DEus vero videns 31.
Leam invisam, ei uterum aperuit, cum

24. Quonam modo nuptiarum die deceptus est?
25. Fraudemne deprehendit Jacobus?
26. Quid Jacobus cum Labane exoptulat?
27. Qua ratione factum excusat?
28. Quid novi Laban ei suasit?
29. Acquievitne in eo Jacobus?
30. Quot ergo Jacobus duxit uxores?
31. Quam prætulit in amore?
32. Quid DEus fecit?

Rachel

Gen.
XXX, I.

Rachel esset sterilis. (33) Quod ambæ sorores sibi invicem invidebant, earum contentiones Jacobo sæpe non leve tædium attulerunt.

33. Quo animo inter se fuerunt sorores ?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Non est, quod ei, quibus venustas & pulchritudo corporis a natura tributa est, superbiunt, cum forte alia virtute careant.*

Quod inveniendi Rachelem apparet, quæ quidem fuit formoso corpore, sed inquieto animo.

II. *Eos, qui non sunt pulchra forma, aspernari, nefas est, cum forte alia bona eis a Deo sint concessa.*

Quod Lea suo exemplo comprobatur, quæ quidem fuit deformi facie, sed in pariendo felix.

III. *Liberorum hæreditas a DEO est, factus ventris præmio datur ab eodem. Ps. CXXVII, 3.*

Ambæ sorores id confirmant suo exemplo: DEUS enim Leam sæcundam, Rachelem vero paulisper sterilem reddidit.

BONÆ MEDITATIONES.

Jacobus pulchram consuevit amare puellam,

Atque ejus numen vota valere jubet.

Conjugio verum fuit & conjuncta querela:

Sors mala pressit eum nocte dieque virum.

Quod virtus potior sit quam pulcherrima forma,

Id quemvis possunt scripta docere sacra.

HIS-

HISTORIA XV.
DE JACOBO COLLUCTANTE
CUM DEO.

Gen. XXXII, & XXXIII. Cap.

(1) **J**acobus domum patris revertens Gen. XXXI, 17, 18.
 (2) duxit secum mulieres, li-
 beros & quæcunque a DEO accepif-
 fet. (3) Habuit autem Jacobus duo- XXXV, 23.
 decim natos; (4) quorum sex fulce-
 perat ex Lea, Rubenem, Simeonem,
 Levim, Judam, Ifafcharem & Sebu- 24.
 lonem. (5) Minores duos natu pepe-
 rerat Rachel, qui nomine vocabantur
 Josephus & Benjamin, postremo na-
 tus. (6) Reliquos quatuor Danem, 25.
 Nephtalim, Gadum & Aferem ex dua- 26.
 bus ancillis Jacobus procreavit. (7) In XXXII, 1.
 itinere primum divini Angeli occurre-
 runt; (8) quibus visis ita dixit: Divi- 2.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quo Jacobus revertit?
2. Quid secum duxit?
3. Quot Jacobus habuit natos?
4. Quot suscepit ex Lea?
5. Quosnam pepererat Rachel?
6. Quos Jacobus procreavit ex ancillis?
7. Quis ei in itinere occurrit?
8. Quid ergo dixit Jacobus?

Gen.
XXXII,

6. num agmen est. (9) Deinde relatum est, fratrem ejus Esauum ei obviam cum quadringentis hominibus venire. (10) Quare non mediocri metu perturbatus
9. (11) Jacobus cœpit orare; (12) ubi in primis ita locutus est: O DEUS, equidem impar sum tantis beneficiis, & officiis, quibus tu me tuum affecisti.
13. (13) Postea Jacobus fratri capras, oves, camelos, asinos muneri misit;
16. hæc in lacinias partitus suis servis tradit, eosque præire jubet. (14) Reliquum agmen suum in minores greges dividit; existimabat enim, si accideret, ut unus amitteretur, alterum tamen posse effugere. (15) Postera nocte, cum Jacobus solus restaret, coluctatus est cum eo vir quidam, tantaque vi perstrinxit Jacobi cavum femoris, ut quoad vixit, claudicaret,
24. (16) luctatio ista duravit ad ortum au-

9. Quid Jacobo relatum est?
10. Quonam animo Jacobus est affectus?
11. Quid cepit consilii?
12. Quibus in primis verbis DEum laudavit?
13. Quid fratri misit muneri?
14. Quo consilio distribuit agmen?
15. Quid postera nocte accidit?
16. Quousque luctatio duravit?

roræ; qua visa vir ille statuit discedere. Gen. XXXII,
(17) At Jacobus eum complectens: 26.
Non omittam te, inquit, quin tu me
fortunaveris. (18) Tum ille: In Deum 28.
& homines te principaliter gessisti & vi-
cisti. (19) Hic vir quidem nomen su- 29.
um haud indicavit, Jacobus autem a- 30.
nimadvertens, eum esse DEI filium,
magna voce dixit: (20) Se præsentem
vidisse DEum præsentem, & tamen in-
columem evasisse. (21) Eo quoque
tempore DEus Jacobo nuntiavit, eum 28.
non amplius vocatum iri Jacobum sed
Israëlem. (22) Jacobus tandem cir- XXXIII,
cumspiciens vidit Esau venientem. 1.
(23) Quo appropinquante Jacobus 3.
septies se ad terram submisit, ejusque 6, 7.
uxores & liberi eundem illi habuerunt
honorem. (24) Tum Esau ei obviam 4.
accurrit, & in ejus collum infiliit,
eumque complexus flens flentem de-

17. Quid Jacobus viro dixit?
18. Quid vir ille respondit?
19. Nonne, quis ille sit, Jacobus animadvertit?
20. Quid Jacobus propterea clamans dixit?
21. Quod novum nomen datum est Jacobo?
22. Quid Jacobus eminus vidit?
23. Quemnam Jacobus fratri suo habuit honorem?
24. Quem Esau ei honorem reddidit?

Gen.
XXXIII,

9.

11.

16.

17.

osculatus est. (25) Munera Esaus quidem initio accipere noluit, precibus tamen postea se commoveri passus est. (26) Tandem Esaus ea, qua venerat via, revertit, & Jacobus quoque, quo voluit, iter fecit.

25. Quid vero de muneribus factum est?

26. Quis tandem mutuae salutationis fuit exitus?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *In angustiis DEus invocandus est.*

Jacobus DEI imploravit auxilium, fratrem suum cum timeret.

II. *Hostem nobis nullo modo melius, quam cum malum beneficiis rependimus, placare possumus.*

Jacobus eo consilio fratri sibi obviam venienti misit munera.

III. *Fortius fiducia terrarum orbis habet nihil.*

Ea enim præditus Jacobus cum DEO colluctans vicit.

BONÆ MEDITATIONES.

Cum forti Jacob sicca luctatur arena.

Ecquis homo fortis? filius ipse DEI.

O res mira! DEus ceu victus cessit inermi.

Jacobo, & quavis parte beavit eum.

Te, DEus, amplectar constans animoque
fidei,

Nec mittam, facias dum mihi, Christe,
bene.

HISTORIA XVI.
DE JOSEPHO A FRATRIBUS
VENDITO.

Gen. XXXVII. Cap.

(1) **D**uodecim Jacobus habuit filios, Gen. XXXV. 22.
 (2) quorum amantissimus fuit XXXVII. 3.
 Josephus, (3) cum eum ætate jam 4.
 provec̄ta ex formosa Rachele procre- 2.
 asset; (4) quare & ei vestem versico- 5.
 lorem faciendam curavit. (5) Tan- 6.
 tum vero in eum odium conceperunt 5.
 fratres, ut eum amice appellare non 6.
 possent; (6) præcipue eam ob cau- 6.
 sam, quod Josephus eorum fœdam tur- 6.
 pitudinem ad patrem deferre consue- 6.
 verat. (7) Auctum quoque odium est, 6.
 cum duo somnia fratribus suis minus 6.
 grata narraret: (8) quorum unum Jo- 6.
 sephus fratribus suis his verbis expo-

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quot filios Jacobus habuit?
2. Quis ei fuit amantissimus?
3. Quid ita?
4. Unde amor ejus in filium potest cognosci?
5. Quo vero animo in eum fuerunt fratres?
6. Quam ob causam in eum conceperunt odium?
7. Qui factum est, ut augetur illud odium?
8. Quibusnam verbis unum somnium exposuit Josephus?

Gen.
XXXVII
7.

- fuit: Videbamus in medio agro manipulos facere, & ecce meus manipulus surgebat, & rectus adstabat, eumque vestri circumdantes venerabantur. (9)
- Et fratres: Tune ergo regnum in nos, inquit, & principatum obtenturus es? eoque majore in eum odio exarserunt. (10)
9. Alio tempore Josephus somniavit, sibi que visus est a sole & luna & undecim stellis adorari. (11)
10. Quo sermone audito objurgavit eum pater ita dicens: Quorsum spectat istud somnium? an ego & mater tua, & fratres, te submissè veneratum veniemus?
11. observabat autem eam rem. (12)
12. Postea fratres apud Sichemam cum pascere patrum pecus, (13)
14. Jacobus aliquando mandat Josepho, ut visat fratres, quomodo se habeant tam ipsi, quam pecus, & rem ad se referat.
18. (14) Josepho procul viso illi dixerunt,
19. adventare somniatorem illum; (15)

9. Quomodo id fratres interpretati sunt?
10. Quid Josephus alio tempore somniavit?
11. Quid pater sermone hoc audito dixit?
12. Ubinam deinde pascunt pecus fratres?
13. Quid pater mandat Josepho?
14. Quid fratres Josepho procul viso dixerunt?
15. Quodnam consilium inierunt?

interficiendum esse. (16) Quod audiens Ruben resistit, (17) hortaturque, ne cruentarent manus sanguine fratris, sed eum potius in puteum, qui erat illic in solitudine, demitterent. (18) Ruben autem id eo dixerat consilio, ut si ad suam accederet sententiam, eum manibus eorum ereptum ad patrem reduceret. (19) Fratres probato consilio Josephum tunica illa versicolore, qua erat indutus, spoliant, (20) & in puteum ab aqua vacuum detrudunt. (21) Deinde confident quasi re bene gesta, ad cibum capiendum. (22) Interea fortuito mercatoribus cum camelis transeuntibus, (23) Judas fratribus suis inquit: Agite, vendamus fratrem Ismaëlitis. (24) Hac ejus oratione adducti fratres extractum e puteo fratrem (25) viginti argen-

Gen.
XXXVII

21.

22.

23.

24.

25.

26.

28.

16. Quis vero cruentum consilium impedit?
17. Quid Ruben hortatur fratres?
18. Quo consilio id dixerat?
19. Probaruntne fratres consilium?
20. Quid faciunt Josepho?
21. Quid deinde ingrediuntur?
22. Quisnam illic transit?
23. Quid Judæ in mentem venit?
24. Placuitne hoc consilium fratribus?
25. Quanti vendunt fratrem?

- Gen. XXXVII
 29. teis numnis vendunt. (26) Cujus facinoris ignarus Ruben clam ad puteum revertit, ex eo fratrem educturus; at puero non reperto scidit vestimenta, dixitque: Proh DEum! puer nusquam adest, quo me vertam, nescio. (27)
30. Illi vero occiso capro Josephi versicolore tunicam sanguine cruentant; eamque ad patrem senem mittunt, (28) & ei significant, sese eam reperisse; recognoscat, utrum sit filii tunica, nec ne? (29) ille innocens vir ea cognita dixit, filii esse tunicam, eum ab aliqua agresti fera esse devoratum, Josephum esse discerptum. (30) Omnes quidem ejus filii atque filiae ad eum consolandum venerunt; (31) sed consolationem respuit, ad inferos se ad filium suum lugendo descensurum esse dicens. (32) Mercatores interim Josephum in Ægyptum deduxerunt,
31.
 32.
 33.
 35.
 36.

26. Quemadmodum Ruben fratris amissionem tulit?

27. Quomodo decipiant patrem senem?

28. Quid nebulones patri significant?

29. Quid Jacobus tunica cognita dixit?

30. Quis venit ad consolandum Jacobum?

31. Quid sibi ominatus est Jacobus?

32. Quid interim Josepho accidit?

eumque Potiphari Regis eunucho, magistro equitum, vendiderunt.

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Quod Josephus per somnium vidit, id ei quoque contigit.*

Unde judicamus merito, non omnino omnia negligenda esse somnia.

II. *Josephi fratres primum nequiter multa faciunt, deinde vendunt fratrem, tandemque patrem turpiter decipiunt.*

Unde peccatum parere peccatum, nisi principio statim occurratur, apparet.

III. *Jacobus ineger & innocens fuit homo, nihilo tamen minus plurimi ejus nazorum fuerunt filii.*

Unde patet posse fieri, ut pravos natos prohi parentes educent; quare ne præpropere judicemus, cavendum.

BONÆ MEDITATIONES.

Josephum fratres oderunt, pessima turba,

Nulla precum vis est, fossa recepit eum.

Postremo servus peregrinis venditur idem.

Ecquæ causa subest? mens bona frater erat.

O simplex pietas mihi semper amica futura es,

Sint mala Josephi perpetienda, licet.



HISTORIA XVII.
DE CASTO JOSEPHO IN CAR-
CEREM CONJECTO.

Gen. XXXIX, Cap.

Gen. XXXIX,
1. (1) Josephus servus in Ægypto (2)
4. habuit herum Potipharem; (3)
6. qui Josephum suæ præfecit domui, (4)
8. curavitque ipse nihil, nisi ut victum ha-
beret. (5) Quod is cum fecisset, DE-
6. us Potifaris domum Josephi causa be-
7. ne fortunavit, & omnes ei fortunas
domi forisque prosperavit. (6) Erat
autem Josephus formæ venustate sin-
7. gulari, (7) eamque ob rem ejus do-
mini uxor adjectis in eum oculis, (8)
9. eum ad concubitum sollicitavit. (9)
Josephus vero renuens: Qui possum

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quo munere Josephus in Ægypto functus est?
2. Quem habuit herum?
3. Quid negotii Potifar ei dedit?
4. Quid herus curavit?
5. Qua fortuna Josephus rem domesticam administravit?
6. Qua forma fuit Josephus?
7. Quæ mulier in eum amore arsit?
8. Ad quod flagitium eum sollicitavit?
9. Quid Josephus respondit?

eo adduci, inquit, ut tanto me flagitio obstringam? tantumque in DE-
um scelus admittam? (10) Lasciva Gen.
XXXIX,
quidem mulier non desistit venire, sed 10.
ad hunc modum Josepho indies instat;
(11) ille vero in ejus concubitum &
congressum non consentit. 10.
(12) Accidit quodam die, ut Josephus insciens 11.
mulierem solam esse domi, eam intraret;
hic illa prehenso ejus pallio iterum hortari, ut secum concumberet. 12.
(13) Ille vero relicto in ejus manu pallio, fugere, ac se foras proripere;
(14) sed ut mulier, se omni sua opera nihil proficere vidit, domesticos 13.
inclamat, (15) & videte, inquit, Josephus ad me venit, ut me comprimeret;
at cum ego majorem clamorem edidissem, ille relicto apud me pallio suo fugit & sese foras extulit. 14.
(16) Itaque pallium penes se retinuit, donec Josephi dominus domum veniret. 15.
(17) 16.
17.

10. Siccine acquiescit mulier?
11. Consentitne tandem in concubitum Josephus?
12. Quonam modo eum postremum tentavit?
13. Quid is cepit consilii?
14. Quid adultera audet?
15. Quid domesticis dicit?
16. Quid ipsi cum pallio?
17. Quid domino ejus narrat?

Gen.
XXXIX,

19.

20.

21.

22.

23.

cui revertenti narrat eadem; servum illum hebræum ab eo adductum venisse ad se illudendam, seque clamorem tollente, suum pallium apud ipsam reliquisse, forasque fugisse. (18) Potiphar vera esse, quæ uxor ejus diceret, existimans, innocentem indicta causa in carcerem inclusit, quo in loco vincti regis erant in vinculis. (19) Verum & ibi DEUS ei præsens & benignus adfuit, tantumque erga eum studium magistri carceris conciliavit, (20) ut ille omnes ejus domus vinctos in Josephi potestatem committeret, nec quicquam omnino post eum retractaret; (21) propterea quod aderat Josepho DEUS, & omnia ejus facta prosperabat.

18. Qua Josephum pæna dominus affecit?

19. Quid Josepho in carcerem incluso contigit?

20. Quid carceris magister in Josephi potestatem dedit?

21. Quæ fors in carcere fuit Josephi?

SENTENTIÆ UTILES.

I. DEUS non deest sanctis, licet in angustias adducantur.

Josepho enim & in carcerem coniecto DEUS adfuit, factaque ejus omnia prosperavit.

II.

II. DEI beneficio peccata, quæ sunt atrocia, noia
& voluntaria, commode satis omitti possunt.

Quare Josephus neque blanditiis, neque
impetu eo poterat commoveri, ut in
DEum peccaret.

III. Heri cujusvis est, providere, ut quos habet
servos, sint probi.

Unius enim probi servi causa contigit, ut
Potipharis domus omnium rerum ha-
beret affluentiam.

BONÆ MEDITATIONES.

Discere da nobis a te, Josephæ pudice:

Uxor te domini tentat amore falax.

Tu Domino fidus respondes pectore casto:

Iprocul hinc! in me ne scelus hocce ca-
dat!

Hæc eadem mihi fit, quam dem, responsio,
vulgus

Ad crimen cum me pellicit atque vocat.

HISTORIA XVIII.

DE JOSEPHO EX CARCERE DIMISSO.

Gen. XL. & XLI, Cap.

(1) Josephus cum custodia teneretur, accidit, ut dobus ministris
rex irasceretur; (2) quorum alter præ-

Gen.
XL, 1.

2.

Perpicuæ Quæstiones.

1. Quid in Ægypto domi Regis accidit?
2. Quinam illi ministri erant?

Gen.
XL, 3.

5. gustatorum, alter pistorum magister erat. (3) Utrisque in custodiam datis Josephus, ut eis ministraret, præficitur.
6. (4) Ad quos cum aliquando Josephus
7. mane veniret (5) eos mæstos anim-
8. advertens quærit, quamobrem vultu sint adeo mæsto? (6) Cui illi respon-
9. dent, somniasse se utrosque præterita nocte, & carere conjectore. (7) Josephus quidem ait, habere DEum somniorum interpretationes, nihilo tamen secius postulat enarrari sibi somnia. (8) Tum prægustatorum magister somnium suum exponit ad hunc modum: Videbatur mihi in somnis ob oculos esse vitis, & in vite tres palmites ferentes uvas maturas; ego autem uvas capiebam, & in poculum Pharaonis, quod mihi erat in manu, exprimebam, eique in manum porrigebam. (9) Et Josephus sine mora: Hic est sensus inquit: Tres palmites

3. Qua pœna sunt affecti?
4. Quid aliquando Josephus animadvertit?
5. Quid Josephus ex eis quærit?
6. Quid illi respondent?
7. Quid ait Josephus?
8. Quid prægustatorum magister somniavit?
9. Quanam interpretatione somnium explicat?

tres

tres dies sunt ; hinc ad triduum jubebit te Pharao produci & in antiquum statum restituet. (10) Præterea Prægustatorum magistrum quoque adhortatur , ut cum ei bene foret , sui meminisset. (11) Hic pistorum magister: Ego quoque inquit , somniavi , tria candida canistra esse super capite meo, in quorum summo inerat Pharaonis omne genus ciborum pistoriorum, quos aves ex canistro super capite meo comedebant. (12) Tum Josephus: Hæc est : inquit , significatio : Tria canistra tres dies sunt : Tu abhinc tres dies jussu Pharaonis securi ferieris , & ad palum affigeris , ubi tuum corpus depascantur alites. (13) Igitur tertio post die Pharao , cui is dies natalis erat , cum omnibus convivium daret , rerum eventus somnia comprobavit : Rex enim prægustatorum magistrum in locum muneris pristinum reposuit , magistrum vero pistorum ad palum alli-

Gen.
XL, 13.

14.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

10. Quid prægustatorum magistrum Josephus adhortatur ?

11. Quibus verbis pistorum magister enarratum somnium ?

12. Quam somnii significationem Josephus affert ?

13. Comprobatane est interpretatio eventugavit.

- Gen. XL. 23. gavit. (14) Sed immemor prægustatorum magister Josephum oblivioni tradidit. (15) Post biennii spatium Pharaoni duplex somnium obtigit; (16)
2. Primum enim sibi visus est adstare flumini, de quo emergebant septem vaccæ visu formosæ, & corpore opimo; dein totidem post eas e flumine ascende-
 4. debant aspectu deformes, & tenui corpore; & deformes atque macræ formosas & opimas devorabant; quas cum in sua viscera demississent, tamen id non apparebat, adeo informes adhuc erant ut prius. (17) Iterumque
 5. dormiens somniavit, septem spicas enas-
 6. cisci in uno calamo, pingues & elegantes, secundum quas succrescebant
 7. alteræ exiles, & exesæ uredine, quæ exiles generosas & plenas consumebant.
 8. (18) Bene mane Pharaon jubet convocari Ægypti hariolos & sapientes, quorum tamen cum nemo somnia interpretari posset; (19) prægustator Pharaon-

14. Fuitne memor Josephi prægustatorum magi-
 15. Quid postea Regi Pharaoni obtigit? (ster?)
 16. Quodnam ejus prius fuit somnium?
 17. Quod posterius fuit somnium?
 18. Quis jubetur interpretari somnia?
 19. Quis vero Josephi mentionem facit?

ni dixit, se nunc peccati meminisse, eique commemoravit, juvenem quendam hebræum esse in vinculis, qui artem interpretandi somnia didicisset.

(20) Josephus ad regem adductus statim audita somniorum narratione dixit, septem vaccas generosas, itemque septem spicas generosas, esse septem annos frugum feracitate memorabiles; contra septem vaccas tenui corpore, & spicas uredine exesas, esse septem perustos fameque infestos annos. (21) Præterea regi suavit, ut dispiceret virum aliquem scientem & peritum, qui annis uberibus superfluum frumenti numerum cogeret. (22) Eam rem Pharaon probans Josepho curam totius Ægypti tradidit, eumque folio tantum superare voluit, (23) simulque rex detractum de sua manu anulum Josephi manui induit, eum byssina veste ornavit, collumque ejus aurea torque insignivit. (24) Quin

Gen.
XLI, 16.

26.

27.

33.

37.

40.

42.

43.

20. Qui interpretatur Regis somnia?
21. Quid regi suavit Josephus?
22. Cui Rex curam Ægypti tradit?
23. Quem Josepho habuit honorem?
24. Quænam ante eum verba proclamari jussit?

in currum dignitate secundum imponit, ut ante eum proclamaretur : Genua flectite.

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Felicia & calamitosa tempora non fortuito veniunt, sed omnia DEI numine geruntur.*

DEUS enim Regi in Ægypto, septem annis fore fertilitatem, totidemque annis sterilitatem, prænuñtiavit.

II. *Cum sapientes viri admoventur officiis, sæpe maxima mala averuntur.*

Quam multa hominum millia periissent fame, nisi Josephus frumenti habuisset curam.

III. *Opportuno tempore decet nos esse frugales, ne calamitose nos cruciet egestas.*

Non enim omnes anni afferunt ubertatem, sed sequuntur etiam, qui sterilitate sunt infesti.

BONÆ MEDITATIONES.

Josephi casti miramur fata sinistra:

Filius est, genitor quem vehementer amat.

Nunc miser est servus, nunc est in carcere clausus;

Non tamen usque latet, regia sceptrā capit.

Summe DEUS regnans, tibi me jam dedico totum,

Ducas me mire, dummodo rite, licet.

HISTORIA XIX.
DE JOSEPHI FRATRIBUS CRE-
SCENTE ANNONA IN ÆGY-
PTUM PROFICISCENTIBUS.

Gen. XLII, & XLIII. Cap.

<p>(1) Annona, urgente ubique fame, crevit quoque in Chananæa, ubi tum Jacobus habitabat. (2) Qui cum audivit, cibum esse in Ægypto venalem, misit eo filios suos ad frumentum coëmendum; (3) filium natu minimum Benjaminem non dimisit cum fratribus, (4) veritus, ne quid ei adversi accideret. (5) Erat autem eo tempore in Ægypto rei frumentariæ præfectus Josephus, (6) ad quem rex omnes, qui ob cibum cum interpellarent, remisit, jussitque illius dicto obtemperari. (7) Jacobi filii cum ad eundem pervenerunt, eum demisso</p>	<p>Gen. XLI, 54.</p> <p>c. XLII, 1. 2.</p> <p>4.</p> <p>6.</p> <p>c. XLI, 55.</p> <p>c. XLII, 6.</p>
--	--

Perspicuæ Quæstiones.

1. Ubinam crevit annona?
2. Quid consilii cepit Jacobus?
3. Quem filium domi retinuit?
4. Quamobrem Benjaminem non una cum fratribus dimisit?
5. Quisnam rei frumentariæ præfectus erat?
6. Quid Rex ob cibum interpellatus fecit?
7. Quonam modo filii Jacobi venerati sunt Josephum?

E

vul-

Gen.
XLII, 7.

vultu ad terram venerati sunt. (8) Josephus ubi fratres conspexit, agnovit; illi vero, eum esse fratrem, quem vendidissent, ignorabant, (9) neque id ex lingua poterant judicare: Josephus enim cum eis intercedente interprete, cum vellet, locutus est. (10) cum ante se in genua procumbentes videret fratres Josephus, rediit in memoriam somniorum, quæ de illis somniaverat. (11) Alienum vero se esse simulans, eos tanquam exploratores in custodiam coniecit. (12) Dixerunt quidem, se esse omnes hominis unius filios, duodecim fratres veraces, non exploratores. (13) Josephus vero hoc audito quærit: Ubinam sint reliqui duo fratres? (14) Cui illi respondent: Minimum fratrum nunc cum patre esse, unum autem jam nusquam esse. (15) Josephus igitur jubet mitti ex illis unum, qui fratrem minimum arcesseret: Hoc

8. Annon inter se agnoverunt?
9. Josephusne sermone cognitus est?
10. In cujusnam rei memoriam rediit Josephus?
11. Cognoscendumne se præbuit?
12. Quomodo suam causam dicunt ejus fratres?
13. Quid Josephus quærit?
14. Quid illi respondent?
15. Quonam modo verum cognosci vult Josephus?
enim

enim modo, ait, posse sciri, an sit ab
 eis veritas. (16) Quod cum auribus
 perciperent, cœperunt inter sese sua
 lingua dicere, se certe in fratrem suum
 fuisse sceleratos. (17) His aliisque ver-
 bis commotus Josephus digressus est
 ab eis, & flevit. (18) Tandem Simeo-
 nem colligatum servans, reliquis no-
 vem fratribus potestatem domum re-
 deundi dedit. (19) Cum in diversorio
 saccos aperiunt, argentum in eis, quod
 quisque pro frumento dederat, depre-
 hendunt. (20) Josephus enim in cu-
 jusque sacco pecuniam jusserat repoi-
 ni. (21) Qua vero re & liberi & pa-
 rens senex metu perculsi sunt. (22)
 Postquam cibaria consumta erant, pa-
 ter iterum hortatur filios, ut in Ægyp-
 tum proficiscantur. (23) Noluerunt
 vero ingredi iter, nisi frater minimus
 natu Benjamin una secum proficiscere-

Gen.
XLII,
21.

24.

24.

27.

35.

25.

28.

35.

c. XLIII,
2.

3.

16. Quid patria lingua inter se dixerunt?
17. Commotusne est eorum sermone Josephus?
18. Quid tandem statuit Josephus?
19. Quid illi in saccis deprehendunt?
20. Qui id factum erat?
21. Quemadmodum id tulerunt?
22. Utrum cibaria suffecerunt?
23. Quemnam voluerunt una secum proficisci?

Gen. XLIII, tur. (24) Josephus enim affirmaverat,
 3. 5. eis non licere in conspectum suum ve-
 19. nire nisi secum adducerent fratrem mi-
 nimum. (25) Venientes in Ægyptum
 in primis Josephi dispensatori peccu-
 23. niam in suis faccis repertam reddunt:
 (26) Qui vero eam accipere noluit,
 sed potius dixit, Deum eorum patrium
 27. pecuniam in faccos eorum immisisse.
 29. (27) Josephus deinde eos humaniter
 exceptit; & ut fratrem ex eadem matre
 natum Benjaminem conspexit: (28)
 DEus tui misereatur, fili, inquit; (29)
 30. simulque miseratione erga fratrem com-
 motus, locum statim, ubi fleret, quæ-
 32. sivit. (30) Interea cibus apponitur, &
 Josephi fratres, ut una cibum capiant,
 33. invitantur. (31.) Ut autem quisque
 ætate antecellebat, ita primo ante eum
 32. loco collocatus est; id quod illi inter
 sese admirabantur. (32) Convictores

24. Cur Benjaminem voluerunt?

25. Ad quem in primis in Ægypto accedunt?

26. Quid vero respondit dispensator?

27. Quemadmodum eos excepit Josephus?

28. Quid Josephus fratri minimo natu dixit?

29. Commotusne est Josephus viso illo fratre?

30. Quem fratribus exhibet honorem?

31. Quonam ordine sunt collocati?

32. Quis ad mensam eorum una accubuit?

vero

vero separatim confederunt, quod Ægyptii cum Hebræis cibum capere ducebant turpissimum. (33) Ex Josephi appositis sua cuique portio data est, (34) ita ut Benjaminis esset quintuplo major, quam ullius ceterorum; (35) neque prius discesserunt, quam liberaliter potavissent; (36) postero vero die læto animo domum reveterunt.

Gen.
XLIII.

34.

34.

c.XLIV.

3.

33. Unde portio sua cuique data est?
 34. Quanta portio data est Benjamin?
 35. Quando discesserunt?
 36. Quando domum reverterunt?

SENTENTIÆ UTILES.

I. Deum omnia scire, antequam fiant, certum est.

Deus aliquot annis ante Josepho, fore, ut frater demisso in terram vultu cum venerarentur, prænuntiaverat.

II. Mens sceleris commissi sibi conscia quiescit paupis, sed irritata maxime cruciat.

Josephi fratres cum inciderent in maxima pericula perturbati, sceleris in fratrem editi meminere.

III. Honorifica verba sunt optima; si quando inter nos fidei animo fausta precamur.

Josephus accepit fratrem Benjaminem his verbis: Deus tui misereatur, fili!

BONÆ MEDITATIONES.

Josephi pectus fraterno flagrat amore,
 Cum fratrem Benjam rursus adire licet.

Jesu, pace tua, te nuncupo nomine fratrem,
 Ah quando facie te mihi nosse datur ?
 O me felicem ! cum te cognovero totum !
 Exoptata dies, vita perennis ades !

HISTORIA XX.
 DE JOSEPHO A FRATRIBUS
 AGNITO.

Gen. XLIV, & XLV. Cap.

Gen.
 XLIV,
 1.

- (1) **J**osephi fratres cum iterum domum reverti vellent, is dispensatori negotium dat, ut illorum saccos frumento compleat, & in unius cujusque sacci ore argentum ejus ponat; (2) tum autem in natu minimi præter argenteum pretium etiam scyphum suum argenteum; (3) quod ille; sicut erat jussus, ita vespere fecit. (4) Mane diluculo cum nondum longe ab urbe abessent, mandat Josephus dispensatori, ut eos persequatur. (5) Ille eos asse-

Perspicuæ Quæstiones.

1. Qua re fratrum saccos compleri jussit Josephus ?
2. Quid præcipue in sacco fratris minimi natu jussit poni ?
3. Quando dispensator id fecit ?
4. Quid, cum discessissent, Josephus mandat ?
5. Cujus criminis eos arguit ?

cutus, quærit ex eis, cur bonum malo
penfarint, & scyphum argenteum, quo
potare suus herus soleret, furati sint? Gen.
XLIV.
4.
5.
9.
(6) Jacobi nati innocentis mentis sibi
conscii: Penes quem scyphus, inqui-
unt, deprehensus fuerit, capite plecta-
tur, nos autem reliqui Josepho servitu-
tem serviamus. (7) Atque ille a maxi- 12.
mo ad minimum conquirere exorsus,
scyphum in sacco Benjaminis invenit.
(8) Tum vero illi miseri dilaceratis ve- 13.
stimentis in urbem revertuntur. (9)
Venientes, ubi ante Josephum ad ter- 14.
ram procidunt, is illos ita alloquitur:
Quod facinus admisistis? an nescieba- 15.
tis me unum ex eis esse, qui divinant?
(10) Cui fratrum nemo poterat re- 16.
spondere, præter Judam, qui: Quo-
modo tibi nos, inquit, purgabimus?
Deprehendit nostrum crimen Deus:
Ecce tibi servos nos & eum, apud
quem scyphus repertus est. (11) At 17.
ille: Ego vero non faciam, inquit,

6. Qua lege suam fidem adstringunt?
7. Ubi scyphus inventus est?
8. Quid miseri faciunt?
9. Quibus eos verbis alloquitur Josephus?
10. Quomodo se purgant?
11. An Josephus accepit conditionem?

- Gen. XLIV, 32. imo ipse, quem penes inventus est scyphus, mihi servus erit, vos abite salvi ad patrem vestrum. (12) Quo sermone maxime perterritus est Judas, qui patri vas factus erat, pueri Benjaminis sistendi. (13) Quare Josephum magnopere cœpit orare, ut sibi servo pro fratre minimo natu remanere liceret: (14) Si enim fratres rediissent Benjamine relicto, sese in orcum deducturos mœrore confectum senem patrem. (15) Hic Josephus, cum se continere amplius non posset, clara voce pronuntiat, ut omnes foras emittantur, (16) & : Ego sum germanus vester Josephus, inquit fratres alloquens; vivitne adhuc pater meus? (17) At fratres ejus præsentia conturbati respondere nihil poterant. (18) Tum jubet eos propius ad se accedere, adhortaturque eos, ne angerentur, se ab eis

12. Quis omnium maxime hoc sermone est perterritus?
13. Quid Judas cœpit orare Josephum?
14. Quamobrem id fecit?
15. Quemadmodum animo affectus est Josephus?
16. Quibus verbis, quis sit, aperit?
17. Quid responderunt fratres?
18. Quid eis dat solatii?

esse venditum: DEum enim se illis fa-
lutariter præmisisse; (19) restare ad-
huc quinque annos, quibus neque se-
mentis futura sit, neque messis. Quare
festinarent ad patrem & omnes cum eo
in Ægyptum sine mora descenderent,
(20) habitaturi in Gossene, sese eis
alimenta præbiturum. (21) Hæc lo-
cutus in Benjaminis sui fratris collum
cum lacrimis invadit, & Benjamin ejus
collum vicissim plorans complexus est.
(22) Dedit etiam singulis vestem de
splendidioribus, (23) sed Benjamini
quinque cum trecentis nummis argen-
teis. (24) Patri quoque misit asinos
decem, Ægyptia bona portantes; &
totidem asinas, quæ far ferrent. (25)
Tandem eos dimisit cum præcepto, ne
tumultuarentur in via. (26) Qui post-
quam domum pervenerunt, narrant
patri, Josephum adhuc in vivis esse, &

Gen.
XLV, 6.

9.

10.

11.

22.

23.

24.

25.

26.

19. Quid propter futuram frugum inopiam sua-
sit Josephus?

20. Ubinam habitare voluit Jacobum?

21. Quomodo dimisit Benjaminem?

22. Quid Josephus fratribus dedit?

23. Quid Benjamini dedit?

24. Quid Josephus patri seni misit?

25. Quorum præcepto eos dimisit?

26. Quid illi patri narrant?

principatum tenere in omni Ægypto.
 Gen. XLV, (27) Sed Jacobus eis fidem non ha-
 27. bebat, donec missa a Josepho vehi-
 cula ad se vehendum conspiceret. (28)
 27. Tum collegit ipse se, & : Satis est, inquit
 28. Israël, postquam vivit adhuc filius me-
 us Josephus; adibo, eumque videbo
 e. XLVI, antequam morior. (29) Ergo profe-
 26. ctus est cum omni familia, (30) quæ
 27. fuit septuaginta duorum capitum. (31)
 29. Josephum sibi obviam venientem allo-
 30. quens: Nunc moriar, licet, inquit,
 postquam tuum adhuc viventis vul-
 e. XLVII, tum conspexi. (32) Rex Pharaon man-
 6. dat, ut Josephus patrem fratresque suos
 in optimo Ægyptiæ terræ tractu, quo
 11. habitarent, collocaret. (33) Id Jo-
 sephus curat sedulo, traditque eis Gos-
 12. senem, ut eam incolerent, (34) quo
 loco, cum ubique magna cibi penuria la-
 boraretur, eos alimentis largiter susten-

27. Fidemque eis habebat Jacobus?

28. Quid igitur Jacobus ait?

29. Quocum Jacobus profectus est in Ægyptum?

30. Quod capitum familia fuit?

31. Quibus verbis Jacobus alloquitur Josephum?

32. Quid mandat Rex Pharaon?

33. Quo in tractu collocantur?

34. Quid eis ibi accidit?

tavit.

tavit. (35) Neque porro fratrum injuriam ultus est, sed ita eis dixit: Quod vos in me malo animo cogitaveratis, id Deus convertit in bonum. Gen.
L. 20.

35. Annon Josephus ultus est, quam a fratribus acceperat, injuriam?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Per quod quis peccat, per idem punitur & idem.*

Josephus a fratribus in foveam coniectus angoribus pene conficitur; iidem fratres, cum jam furti infimulantur, ita cruciantur, ut quo se vertant, nesciant.

II. *Deus piorum habet curam, etiamsi existant calamitates publicæ, eæque gravissimæ.*

Cum annonæ difficultas ubique esset, Jacobo in regione Gossene cum tota familia bene prospectum est.

III. *Dominus Deus vel pessime cogitata ad salutem potest convertere.*

Josephus fratres, a quibus erat venditus, sic alloquitur: Quod vos in me malo animo cogitaveratis, id DEUS convertit in bonum.

BONÆ MEDITATIONES.

Bis seni nati dubitant nutrire parentem,
Cum totidem genitor sæpe cibare solet.
O Josepho, tuam fortunam prædicat omnis;
Cum natis patrem suscipis atque foves.
Fortunatus ero & felix, ætate gravatos,
Debeo queis vitam, si recreare queam.

HISTORIA XXI.
DE SERVITUTE ÆGYPTIA.

Exod. I. & II. Cap.

- Exod. I. (1) **M**ortuo Josepho cum Israëlitæ
7. numero & multitudine valde
10. aucti essent, (2) Rex vereri cœpit, ne
quando hostibus sese conjungerent.
(3) Quare Ægyptii consilio eos oppri-
11. mere sunt conati. (4) Rex enim ur-
bes, quo onera ipsis imponeret, ædi-
11. ficandas curavit. (5) Eis quoque dati
sunt quæstores tributi, qui nullam eis
12. misericordiam tribuerunt. (6) Hoc ta-
men modo parum proficiebant: Quan-
to enim gravius Israëlitæ premebantur,
tanto magis crescebant, magisque pro-
15. pagabantur. (7) Tum Rex obstetrici-
16. bus, ut Hebræorum mares in ipso eni-
17. xu necarent, mandavit. (8) Sed ob-

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quæ Israëlitarum, Josepho mortuo, fuit con-
ditio?
2. Quid Rex veritus est?
3. Quid igitur Ægyptii conati sunt?
4. Quomodo eos Rex afflixit?
5. Quis eis præfectus est?
6. Num hoc modo sunt oppressi?
7. Quid Rex obstetricibus mandavit?
8. Erantne obstetrices dicto Regis audientes?

ste-

stetrices DEum veritæ pueros conser-
 vabant; Regi vero detulerunt: (9) Exod. I,
19.
 Hebræas mulieres esse vividas, & an-
 tequam adsit obstetrix, parere. (10) 22.
 Cum & hoc consilium minus ex sen-
 tentia cederet, Rex imperavit omni
 suo populo, ut omnes Hebræorum
 mares natos in flumen dejicerent. (11)
 Pharaonis filia, cum aliquando cum pe-
 dissequis ad fluminis ripam ambularet;
 sese lotura; (12) conspicata est inter II, 5.
5.
 papyrum cistam bitumine & pice obli-
 tam. (13) Qua extracta aperta que vi-
 dit infantem vagientem. (14) Mater 6.
2.
 ejus fuit Hebræa mulier, quæ cum pue-
 rum domi suæ tres menses habuisset
 occultum, nec amplius occultare po-
 tuisset, ad ripam fluminis eum, ne Re-
 gis jussu interficeretur, exposuerat. (15) 7, 8.
 Regis filia statim arcessi jubet nutricem,
 quæ educaret puerum, & inventa est 9.
10.
 ejus vera mater. (16) Jamque factum

9. Quid detulerunt Regi?
10. Quid Rex pueris recens natis fieri jussit?
11. Quid negotii filiæ Pharaonis fuit?
12. Quidnam inter papyrum conspicata est?
13. Quid reperit in cista?
14. Quis hoc est factum?
15. Cui puerum educandum tradidit?
16. Quo nomine puerum vocavit?

grandiusculum regis filia receptum pro filio habuit, eumque Mosem nominavit. (17) Aula vero parum delectatus, postquam adoleverat, interdum Israëlitas consanguineos suos invisit. (18) Accidit vero aliquando, ut videret Ægyptium quendam, qui Hebræum unum de agnatis suis cædebat; quare accensus ira Ægyptium interfecit. (19) Moses igitur cum cogeretur fuga sibi consulere, venit ad sacerdotem Jethronem, (20) qui eum gregi præfecit suo, eique Sephoram filiam suam elocavit.

Ebr. XI.

24.

Exod. II,

11.

12.

13.

15.

e. III, 1.

e. II, 21.

17. Multumne is delectatus est aula?

18. Quamnam fecit cædem?

19. Quo fugiens se recepit?

20. Quæ conditio fuit Mosis domi sacerdotis Jethronis?

SENTENTIÆ UTILES.

I. Beneficiorum acceptorum memoriam facile delet oblivio. *Confirma id mihi ex isthac narratione.*

Ægyptii non amplius, quantæ sibi fuisset saluti Josephus caræ annonæ tempore, meminerunt.

II. *Magis Deo, quam hominibus, parendum est. Comproba id mihi exemplo.*

Obstetrices in Ægypto idem sentientes, pueros recens natos invito Rege servarunt.

III. Cui Deus in terris honores decrevit, eum novit & mirabilem in modum servare. Unde id probas?

Moses, quem Deus voluit esse ducem Israë-
litarum, ex omni periculo ereptus est.

BONÆ MEDITATIONES.

Innatat abjectus puer illic littore parvus,
Vagitum mœstum duplicat ore suo.
Credere quis potuit, post tempora longa
futurum.

Ut gentem pressam liberet iste Dei?
In ludis miseri degunt & sæpe puelli,
Aura quibus melior nomina magna da-
bit.

HISTORIA XXII.
DE PHARAONE ANIMUM
SUUM OBFIRMANTE.

Exod. III- XI. Cap.

(1) **M**Oses cum pasceret pecus so- Exod.
ceri sui in desertis, & venif- III, 1.
set in montem Horebum, (2) conspe- 2,
xit flammam ignis in medio rubo, qui
tamen rubus, licet arderet, non con-
sumptus est. (3) In eo fuit immor- 4.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Ubi Moses pavit oves?
2. Quid ibi conspexit?
3. Quid fuit in ardenti rubo?

talis

- Exod. III. 7. tallis DEus, (4) qui de medio rubo clamans dixit, se vidisse calamitatem
8. populi sui in Ægypto, atque descendisse ad eum deducendum in terram
10. lacte & melle affluentem. (5) Simulque Deus Mosi mandavit, ut rem deferat ad Israëlitas & regem Pharaonem.
- c. IV, 1. (6) Mōses vero munere hoc parum delectatus, caussatus est, suæ orationi fidem habiturum esse neminem, omnesque negaturos, sibi apparuisse
2. Deum. (7) Deus vero sententiam suam non mutans, tria ei prodigia in
3. potestatem dedit, (8) ut, si Moses virgam abjiceret in terram abjecta mutaretur in serpentem; si caudam vero ejus manu prehenderet, fieret de-
4. nuo virga: (9) Deinde, ut si manum in suum finum immitteret,educta fieret leprosa; eam iterum si referret in finum & educeret, esset salva

4. Quid Deus Mosi dixit?

5. Quid Mosi mandavit Deus?

6. Quid caussatus est Moses, munus illud adversans?

7. Quotnam prodigia Mosi dantur?

8. Quid futurum Deus dixit, si Moses abjiceret virgam?

9. Quid manu Mosi in finum immissa futurum dixit Deus?

& pura: (10) Postremo ut, si fumeret
aquam de flumine, eamque in terram
effunderet, ea omnibus id intuenti-
bus humi verteretur in sanguinem.
(11) Præterea adjunxit ei fratrem Aa-
ronem virum facundum, qui pro eo
verba faceret. (12) Primum rem nar-
rarunt Israelitis, (13) qui ostentis visis
facile eis habuerunt fidem. (14) De-
inde adeunt regem Pharaonem, & cum
eo sic agunt: (15) Mandat Jova Israë-
litarum DEUS, ut populum suum dimit-
tas, quo ei festum agat in desertis.
(16) Quibus vero Pharao: Quis est il-
le Dominus, inquit, ad cujus ego jussum
Israëlitas dimittam? Ego vero neque
Dominum novi, neque Israëlitas dimit-
tam. (17) Præcepitque Pharao eo ipso
die magistratibus & exactoribus popu-
li, ne deinceps paleam populo ad con-
ficiendos lateres, sicut antea, suppedi-

Exod.
IV, 9.

14.

16.

30.

31.

c. V, 5.

2.

6.

7.

10. Quorsum aquam adhiberi jussit?
11. Quemnam Dominus ei comitem adjunxit?
12. Cuinam rem primum narrarunt?
13. Habueruntne Israëlita eis fidem?
14. Quem deinde adeunt?
15. Quemadmodum agunt cum rege?
16. Quid Pharao respondet?
17. Quid Pharao exactoribus populi præcepit?

F

tarent,

Exod.
v, 8.

cVII, 10.

11.

13.

20.

c. VIII,

6.

17.

tarent, (18) sed ipsos eam sibi collectum ire juberent, (19) & tamen eandem laterum summam, quam præstare erant soliti, ab eis exigent. (20) Moses quidem virga projecta ostenta præsentem Pharaone fecit: (21) Cum vero Ægyptii magi suis carminibus idem facerent, ille obfirmato animo eis non paruit. (22) Postea tota Ægyptus a DEO decem calamitatibus insignibus est afflicta; (23) primum sanguine & ranis; deinde pediculis & infectis; tum peste & pustularum ulceribus; post grandine & locustis; tandem caligine & denique angelo trucidante. (24) Primum omnium aqua fluminum mutata est in sanguinem, quod malum fuit septem dierum. (25) Deinde tot extitere ranæ, ut Rex, quo se verteret, nesciret. (26) Pediculi ex pulvere, a Mose virga percussio, prodie-

18. Unde acciperent paleam?

19. Numquid propterea eis rex condonari voluit?

20. Mosesne ostenta præsentem Pharaone fecit?

21. Cur vero Pharaon eis non paruit?

22. Quibusnam calamitatibus a Deo Ægyptus affli-

23. Enumera quæso eas? (cetera est)

24. Quid nosti de sanguine?

25. Quid de ranis?

26. Unde pediculi prodire?

runt

runt. (27) Insectis omnes Ægypti domus repletæ fuerunt, præter domicilia Exod. VIII, 21.
Israëlitarum in Gossene, quæ ab insectis erant immunia. 22.
(28) Perniciosissima lue infecti sunt cum homines tum c. IX, 3.
bestiæ, soli Israëlitæ salvi fuerunt. 15.
(29) Pustulæ ulcerosæ hominum & bestiarum venerunt ex fuligine, quam Moses & Aaron in aërem sparserant. 9, 10.
(30) Vis grandinis in campis Ægyptiorum omnia contudit, contrivit & perfregit. 25.
(31) Locustæ omnes herbas, a grandine relictas, perederunt. c. X, 12.
(32) Per totam Ægyptum tenebrarum caligo per triduum extitit, cum interim Israëlitæ omnes lucem suis in sedibus haberent. 21.
(33) Extremo quoque tempore venit Angelus percussor circa mediam noctem ad cædendos omnes in Ægypto primogenitos. c. XI, 4.
(34) Aliquod ostentia c. XII, 29.
itidem fecerunt suis carminibus Ægypti. VII, 22.

27. Ubinam insecta apparuerunt ?
28. Quis lue infectus est ?
29. Unde venerunt pustulæ ulcerosæ ?
30. Quid contudit vis grandinis ?
31. Quid locustæ perederunt ?
32. Quid de caligine memoria dignum est ?
33. Quid Angelus percussor fecit ?
34. Poterantne magi eadem facere ostenta ?

Exod. VIII, 18. ptii magi, (35) at pediculorum effectum imitari frustra tentarunt, factique sunt ipsi, digitum esse Dei; (36) c. IX, 11. quin etiam magi ulceribus ita sunt affecti, ut ante Moſem non poſſent conſiſtere. (37) Malum cum aſſeſſet, Pharao quidem ſe ſe populum dimiſſurum eſſe pollicitus, hortatusque eſt Moſem & Aaronem, ut interceſſione ſua calamitatem abigerent. (38.) At ubi vidit, datam eſſe reſpirationem, promiſſorum c. VIII, 15. oblitus, animum iterumque obfirmavit. (39) Poſtremum quoque Pharao dixit, Moſi eſſe cavendum, ne poſt-hac conſpectum ejus ſubeat, ni vellet c. IX, 35. mori. (40) Omnia iſta miracula in Ægypto propterea DEus edi voluit, ut nominis ſui fama per omnes oras divulgaretur.

35. Poterantne pediculos procreare?
 36. Quid præſtigiatoribus accidit, cum ulceribus homines afficerentur?
 37. Quid Pharao egit, tot calamitatibus cum affli-
 38. Quomodo promiſſa præſtitit? (geretur?)
 39. Quam ſententiam Moſes tandem audit?
 40. Quamobrem DEus tot oſtenta & miracula edi in Ægypto voluit?

SENTENTIÆ UTILES.

I. Quando, qui parent, a magiſtratribus nimis vexantur, Dominus DEus intervenit.

Hoc

Hoc expertus est Rex Pharao: Cum enim ab eo Israëlita intollerabilibus premerentur oneribus, DEus dixit, se populi sui vidisse calamitatem.

II. *Diabolus non omnia, quæ vult, potest, sed ejus potestas tanta est, quantam DEus esse permittit.*

Ægyptii magi diaboli ope ne pediculum quidem producere poterant

III. *Ministri DEI fideles culpa carent, si quando homines ad emendatiorem vitam non traducantur.*

Moses & Aaron ostenta & miracula sat multa ediderant Dei jussu, Pharao tamen obstinatum animum non mutavit.

BONÆ MEDITATIONES.

Punitur Pharao novies, nec mutat iniquus

Mores, dum primus filius ipse cadit.

Qui verbum temnunt pueri, sunt indolis hujus,

Et confueverunt verbera quæque pati.

Non ero sic illis, qui me genuere, rebellis;

Sint mihi pro multo verbere verba satis.

HISTORIA XXIII. DE MOSE ISRAELITAS EX Æ- GYPTO EDUCENTE.

Exod. XI- XV. Cap.

(1) **A**nimum suum Pharao postquam novies obfirmaverat, (2) Deus ei decimam eamque postremam ca-

Exod.
XI, 1.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quoties Pharao animum suum obfirmavit?
2. Quid ei DEus prænuntiari jussit?

- Exod. XI, 4. lamitatem prænuntiari iussit; (3) quam
 5. Mofes hoc modo exposuit, Angelum
 2. percussorem circa mediam noctem in
 Ægypto obiturum, omnesque primo-
 2. genitos inrerenturum. (4) Israëlitas
 interea præmoneri curavit DEus, ab
 Ægyptiis ut peterent argentea aurea-
 que vasa, & ea secum auferrent. (5)
 c. XII, 1. DEus etiam, quemadmodum ultimam
 in Ægypto apparari vellet cœnam, ex-
 3. pressis verbis definivit. (6) Præcepit
 enim, ut omnes patres familias postre-
 ma vespera agnum igne tostum in do-
 mibus suis comederent, neque quic-
 quam in postremum diem reliqui face-
 11. rent; (7) comederent autem postre-
 mum hoc habitu, succinctis lateribus,
 calceatis pedibus, bacillos manibus te-
 nentes, more eorum, qui iter meditan-
 22. tur. (8) Sanguine mactati agni infice-
 rent superliminaria, & postes: (9)
 23. Sanguis iste aspersus indicaret Israëlita-

3. Quænam decima foret calamitas?
4. Quid Deus interea Israëlitas præmonuit?
5. Quid DEus verbis definivit?
6. Quid mactandum erat cuique patri familias?
7. Quo habitu & statu comederent?
8. Quo referrent sanguinem agni mactati?
9. Quid sanguis indicaret?

rum domos, ne in eas clades inferretur. (10) Media nocte Angelus percussor (11) omnia in Ægypto primogenita & hominum & bestiarum, ne Pharaonis quidem in folio sedentis primogenito excepto, occidit. (12) Tum ortus est maximus in Ægypto tumultus, quippe quod nulla domus erat funeris expers. (13) Rex Pharaeo ipse ea nocte surgens arcessi jubet Mosem & Aaronem, eisque ita dicit: (14) Agite, exite de meo populo & vos & Israëlitæ; ite, & quæ possidetis, auferte. (15) Immo Ægyptii, donec esset diluculum, exspectare non potuerunt, sed Israëlitas urserunt, eosque de suis finibus emittere properarunt, (16) nec quicquam, quod mutuo illis dederant, poposcerunt. (17) Exercitus autem Israëlitarum fuerunt circiter sexcenta millia peditum virorum præter imbel-

Exod.
XII. 29.

30.

30.

31.

35

36.

37.

10. Quando calamitas illata est?
11. Quid Angelus percussor occidit?
12. Quid ortum est in Ægypto?
13. Quid Pharaeo jubet?
14. Quid Mosi & Aaroni dicit?
15. Quid igitur negotii fuit Ægyptiis?
16. Poposceruntne mutuo data?
17. Quot millia Israëlitarum fuerunt?

Exod. XII, 43. lem turbam. (18) Quo memoria hu-
 jus exitus constaret, Judæis festi dies,
 Pascha dicti, quotannis celebrandi fue-
 runt. (19) Cum vix Ægypti fines
 c. XIV, 5. transiissent, Israëlitarum discessum æ-
 gre ferens (20) eos cum copiis suis
 6. 7. persequi decrevit Pharaos. (21) An-
 gelus vero Domini in nube inter Israë-
 litica & Ægyptia castra intercessit, ne
 19. 20. alteri ad alteros propius accederent.
 (22) Tandem appropinquarent mari,
 21. quod dicebatur Rubrum, (23) ubi cum
 Moses manum virgam tenentem in ma-
 re protendisset, (24) disclusa est aqua,
 & Israëlitæ, aqua murum illis dextra
 22. sinistraque præbente, ingressi sunt per
 medium mare in sicco. (25) Ægyptii
 23. e vestigio insequentes eos, se in maris
 fundo procedere, ignorarunt. (26)
 24. DEus interim de columna ignis & nu-

18. Quinam festi dies in memoriam exitus Ju-
 deis fuerunt celebrandi?
 19. Quid ægre tulit Pharaos?
 20. Quid decrevit?
 21. Quis Israëlitis præsidio fuit?
 22. Cuinam mari appropinquarent?
 23. Quid Mofi cum virga?
 24. Quid factum est?
 25. Quid Ægyptii sunt ausi?
 26. Quid Dominus in nube fecit?

bis conspicatus agmen Ægyptiorum
perturbavit, detractisque rotis curru- Exod.
XIV, 25^a
um magno cum impetu jactavit. (27)
Cum clamore Ægyptii conantes fuge-
re dixerunt, Deum contra se pro Israë-
litis propugnare. (28) Interea cum 27.
Moses manum in mare protenderet,
(29) mare in suam vim rediit, (30) 28.
& refluxus Pharaonem cum omni
exercitu ita obruit, ut nec unus Æ-
gyptius evaderet.

27. Quid clamantes Ægyptii dixerunt?
28. Quo Moses protendit manum?
29. Quid accidit?
30. Quid factum est Pharaoni?

SENTENTIÆ UTILES.

I. Dominus DEus animos vel maxime furiosorum regum mitigare potest.

Rex Pharaon initio contumaciter respondet:
Quis est ille Dominus? Postremo sub-
misit ita dicit: Ite, & colite DEum
vestro arbitrio.

*II. Recte, ut est in proverbio, dicitur:
Non habet eventus sordida præda bonos.*

Ægyptii fregerant Israëlitam multo labore,
demigrantibus vero omnia reddere
sunt coacti.

*III. Optimus in itinere comes est Angelus Domini.
Israëlitæ id ex Ægypto emigrantes experti
sunt, cum inter eorum & Ægyptiorum
castra Domini Angelus intercederet.*

BONÆ MEDITATIONES.

Non domus Ægypti conspexit funus acer-
bum,

Quæ Domini jussu sanguine sparsa fuit.
Numinis, Agne, tuus sanguis, quem vulne-
ra stillant,

Disjicit a nobis cuncta pericla procul.
Christe, tuo tingam corpus mentemque
cruore,

A me sic fugient mors stygiusque canis.

HISTORIA XXIV.
DE ISRAELITARUM ITINERE
PER DESERTA IN CHANA-
NÆAM.

Exod. Num. Deut.

Exod.⁷
XVI, 35.

c. XIII.
21.

Sap. X,
17.

(1) **I**sraëlitæ proficiscentes in Chana-
næam quadraginta annorum fe-
cerunt iter. (2) Tota via per deserta
ipse DEUS eos comitatus est; (3) in-
terdiu in columna nubis, (4) noctu in
columna ignis. (5) Interdiu nubes e-
rat instar tegumenti, ne Israëlitæ ab

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quot annorum iter fecerunt Israëlitæ?
2. Quisnam eos comitatus est?
3. Ubi DEUS fuit interdiu?
4. Ubinam fuit noctu?
5. Fuitne columna nubis Israëlitæ usui?

æstu

æstu solis exurerentur, (6) & noctu præbebat ignis fideream flammam. (7) Exod. XL, 37.
 Nube ad tabernaculum se demittente Israëlitæ castra faciebant; (8) 36. nubes autem quodocunque sese a tabernaculo in altum subvehebat, Israëlitæ castra semper movere solebant. (9) Non fuit, quoad iter fecerunt, quod alimentorum curam agerent. (10) c. XVI, 14. Mane enim quovis die panis de cœlo decidit, quem nomine Man vel Manna vocarunt. 15. (11) 31. Hic cœlestis cibus similitudinem habebat feminis coriandri, albus, gustu placentarum ex melle: (12) Sap. XVI, 21. Quinimo vescentis appetentiæ subserviens ad cujusque voluntatem temperabatur, (13) Ex. XVI, 22. Quovis die ante solis ortum poterant colligere Manna; septimo autem die, quod Sabbatum erat, 25. nihil ruri inventum est. (14) c. XVII, 6. Aqua

6. Inserviitne ignis columna Israëliitarum commodis?
7. Quando Israëlitæ castra faciebant?
8. Quando autem castra movebant?
9. Unde sumserunt alimenta?
10. Quo nomine panem cœlestem vocarunt?
11. Cujus rei similitudinem habebat illud Manna?
12. Cujusnam appetentiæ subserviebat?
13. Quo die poterant Manna colligere?
14. Unde habuerunt potum?

- deficiente Moses virga sua petram cum percuteret, ex ea manavit aqua ad totius populi potionem. (15) Quadraginta quoque annos nulla eos vestimentorum cura distrinxit: Neque enim vestimenta eorum obsoleverunt, neque pedum calceamenta inveterata sunt.
- Neh. XI, 21. (16) Nihilo tamen minus Israëlitæ sapius in DEum fuerunt contumaces.
- ECLXIII 10. (17) Manna aliquando comedere noluerunt, dixeruntque se panem tam vilem fastidire: (18) Quare Deus immisit in populum presteres serpentes.
- Num. XXI, 5. (19) Alio tempore conjuravit contra Mosem Coræ caterva: (20) Tum dehiscens tellus totam factionem absorpsit. (21) Cum reversi exploratores narrarent, in Chananæa habitare gigantes ingentes, (22) universa multitudo fremere & exoptulare cœpit, voluitque in Ægyptum reverti. (23) At
- c. XVI, 1 sq. 31. c. XIII, 34. c. XIV, 4. 28.

15. Quis adeo multa vestimenta præbuit?
16. Reveritine sunt Israëlitæ in desertis Deum?
17. Cur manna comedere aliquando noluerunt?
18. Quæ pœna a Deo sunt affecti?
19. Quid coræ caterva fecit?
20. Quemadmodum eis seditio cessit?
21. Quid exploratores narrarunt?
22. Quid populus hoc audito agere cœpit?
23. Quid tum Deus juravit?

DEUS ad iram commotus, juravit se effecturum, ut adultiores, qui exissent ex Ægypto, omnes mortem in desertis obirent, eorumque tantum liberi in terram promissam pervenirent. (24) Accidit quoque quod minatus erat Deus, ut progressu temporis omnes in itinere quadraginta annorum extinguerentur. (25) Neque Mofi neque Aaroni in Chananæam, quod in Deum peccaverant, licuit intrare. (26) Præter duos homines Josuam & Calebum senum ingressus est nemo. (27) Seniores autem erant numero sexcentena millia virorum, (28) liberi vero potissimum in desertis geniti fuerunt item circiter sexcentena millia. (29) Mofi ante obitum Chananæam ex alto monte ostendit Deus, (30) ibique Moses mortuus a Deo sepultus est, neque quisquam hominum adhuc ejus sepul-

Num.
XIV, 29.

31.

c. XXXIII
13.Deu.
XXXIV.
1.Num.
XX, 24.
c. XIV,
30.Exod.
XII, 37.
Num.
XXXVI,
51.Deu.
XXXIV.
1.

5.

6.

24. Num, quod minatus erat Deus, accidit?
25. Licuitne Mofi & Aaroni intrare in Chananæam?
26. Nemone senum eam ingressus est?
27. Quod millia erant seniorum ex Ægypto egressorum?
28. Quot erant liberorum in desertis genitorum?
29. Quid Moses brevi ante obitum vidit?
30. Quis eum in monte mortuum sepelivit?

chrum

Deu. XXXIV, 9. chrum scivit, (31) In Mosis locum successit Josua, quo duce & Israëlitæ in terram promissam pervenerunt, (32) quam vi ferroque vicerunt: DEus enim disertis præceperat verbis, ut omnes Chananeæ incolas conciderent. Jos. III, 15. (33) Jordanem cum trajicerent, superne restitit defluens aqua. (34) Sacerdotes tubis cum clangerent, turres atque mœnia Hierichuntis collabi cœperunt. (35) Et cum Josuam prælium committentem deficeret tempus, sol apud Gabaonem restitit. (36) Tandem regio forte duodecim tribubus Israëlitarum est dispertita. c. VII, 1. c. VI, 20. c. X, 12. c. XIV, 2.

31. Quis in Mosis locum successit?
32. Quomodo Josua terram promissam occupavit?
33. Quid eis Jordanem trajicientibus contigit?
34. Quid mœnibus Hierichuntis accidit?
35. Quid memoria dignum nosti de sole apud Gabaonem?
36. Qua ratione dispertita est regio?

SENTENTIÆ UTILES.

I. DEus, quo minus Israelitæ die Sabbati Mana colligerent, prohibuit.

Ecquid Deo placeat, cum Christianorum sacris addicti die dominica ita comissan-
tur, ut a coquis vix satis assi atque elixi possit parari?

II. *Israëlitæ perfecerunt iter quadraginta annorum, antequam in terram promissam immigrarent.*

Deserta significant nobis regnum gratiæ, quod est hujus seculi; terra vero promissa regnum gloriæ, quod est futuri seculi.

III. *Moses Israëlitas per deserta duxit, in terram promissam introduxit Josua.*

Josua nomen perinde est atque JESU. Itaque non lege Mosis, sed JESU Evangelio in cælum deduci nos, significatum est.

BONÆ MEDITATIONES.

Judæi Dominum loca per deserta sequuntur,

Queis datus est potus, Mannaque dulce, cibus.

Hæc gens Christicolis felicior esse videtur: Est panis nobis absque labore nihil.

Quo rapior? certe meliori sorte beamur,
Queis Christi est sanquis potus, & esca caro.

HISTORIA XXV. DE DECEM SANCTÆ LEGIS PRÆCEPTIS.

Exod. XIX, XX, XXI. Cap.

(I) **I**fraëlitis in desertis peregrinanti-
bus Dominus Deus decem san-

*Exod.
XX, 1sq.*

Perspicuæ Quæstiones.

I. Quid in desertis accidit?

Etæ

Exod.
XIX, 10.

ctæ legis præcepta dedit. (2) Tribus diebus ante lustravit se populus jussu Dei, & vestimenta sua perluit. (3) Die autem tertio mane Dominus in igne descendit in montem, (4) extiteruntque fragores & fulgura, nec non tubæ sonitus vehementissimus. (5) In montis cacumine densa nubes apparuit, totusque mons fumavit, & magnopere contremuit. (6) Moses tum obviam Deo castris Israëlitæ eduxit ad montis radices. (7) Non autem eis licebat visendi gratia propius ad Deum accedere, sed consistendum erat ad montis radices. (8) Quid? quod Moses, mandante id Deo, certos terminos, ne quis montem conscenderet, statuit. (9) Deus enim diserte dixerat, se ascendentes esse profligaturum. (10) Postea Deus suo populo sanctæ legis

24.
c. XX, 1.

2. Quonam modo pararunt se ad festum diem celebrandum?
3. Quid tertio die contigit?
4. Quid tum exitit?
5. Quid in montis cacumine apparuit?
6. Ubinam fuerunt Israëlitæ?
7. Licebatne propius ad montem accedere?
8. Quid ad montis radices statuit Moses?
9. Cur id Moses fecit?
10. Quidnam deinde Deus populo dedit?

præ-

præcepta dedit, & omnia ad hunc modum effatus est: (11) Ego sum Jova Deus tuus: Deos alienos nullos præter me habeto. (12) Jovæ Dei tui nomen inaniter ne adhibeto; neque enim finet impunitum Jova, qui ejus nomen inaniter adhibuerit. (13) Diem Sabbati sancte agere memento. (14) Parentem utrumque honorato, ut diu ætatem producas in terra, quam tibi Jova Deus tuus donat. (15) Ne hominem occidito. (16) Ne adulterato. (17) Ne furator. (18) Falsum testimonium contra alterum ne dicito. (19) Alterius domum ne concupiscito. (20) Alterius uxorem ne concupiscito, neve servum, aut ancillam, nihil denique, quod sit alterius. (21) Quibus verbis a Deo dictis Moses in mediam nubem

Exod.
XX, 3.

7.

8.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

21.

11. Quodnam est primum legis præceptum?
12. Quodnam secundum?
13. Quod tertium?
14. Quod quartum?
15. Quod quintum?
16. Quod sextum?
17. Quod septimum?
18. Quod octavum?
19. Quod nonum?
20. Quodnam est decimum?
21. Quot dies Moses in monte moratus est?

Exod.
XIV, 18.

e. XXXI,

18.

e. XXXII

16.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

intravit, fuitque in eo monte dies quadraginta, & totidem noctes. (22) Mose descendenti Deus tradidit duas tabulas oraculi lapideas, (23) in quibus decem sanctæ legis præcepta legebantur, divino digito inscripta. (24) Interea populus atrox commiserat peccatum. (25) Mose enim diu non revertente, populus Aaronem convenit flagitans, ut sibi præituros faceret deos. (26) Aaron dicto populi audiens (27) ex inauribus aureis, quas eorum uxores & liberi in auribus habuerunt, vitulum conflavit. (28) De deo sic parato illi ita prædicare: Hi sunt dii tui, Israëlita, qui te ex Ægypto eduxerunt. (29) Deinde festum celebrarunt diem, & cum discumbentes cibum potionemque cepissent, sese ad ludendum erexerunt. (30) Dominus Deus hæc omnia

22. Quid Deus Mose descendenti tradidit?

23. Quid legebatur in utraque tabula?

24. Quid interea populus commiserat?

25. Quid ab Aarone flagitavit populus?

26. Quodnam simulacrum Aaron eis confecit?

27. Unde illud conflavit?

28. Quid Israëlita prædicarunt de eo?

29. Festumne diem celebrarunt?

30. Numquid Deus vidit?

videns

videns in monte, ita dixit Mosi: (31) Exod.
XXXII.
Video populum hunc esse duræ cervi- 9.
cis; quare sine me in eos irasci, ut eos 10.
conficiam, & te in magnam gentem
propagem. (32) At Moses Jovam De- 11.
um suum deprecans tantum apud eum
quidem valuit, ut is supplicium, quod
de populo suo sumere statuerat, revo-
caret; (33) sed etiam, cum meæ ultio- 34.
nis, inquit, dies venerit, flagitium in
autores vindicabo. (34) Moses de 18.
monte descendens voce cantantium
audita percitus tabulas de manu abjicit, 19.
easque sub radice mortis perfringit.
(35) Deinde vitulum, quem illi fece- 20.
rant, corripit, & eum igni exustum
in pulverem contundit, eoque pulve-
re conspergit aquam, & eam Israëlitæ
bibere cogit. (36) Fractarum tabula- XXXIV.
1.
rum loco incidit Moses duas novas
prioribus similes, (37) in quibus Deus 28.
eadem verba, quæ fuerant in prioribus,

31. Quid Deus Mosi dixit?
32. Quid Moses respondit?
33. Quid se facturum Deus dixit?
34. Quid Mosi de monte descendenti cum tabulis?
35. Quid vitulo aureo facit?
36. Unde comparatæ sunt aliæ tabulæ?
37. Quis in eis iterum præcepta scripsit?

Exod. XXXIV, 29. 33. 35. 34. divino digito scripsit; (38) a quo tempore Mosis facies radiabat ex divino colloquio diutino. (39) Cum in Israë-
 litarum concione verba essent facienda, velamen faciei suæ obtendit; (40) cum autem in Jovæ conspectum ad colloquium veniret, velamen usque ad a-
 bitum detraxit.

38. Quænam facies Mosis redeunti ex divino colloquio fuit?
 39. Quando velamen faciei suæ obtendit?
 40. Quando vero velamen detraxit?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Israelitæ verum Deum in monte Sina viderant
 audiverantque, nihilominus tamen brevi post aureum
 vitulum pro Deo coluerunt.*

Unde, quam varius & instabilis hominis sit
 animus, apparet.

II. *Deus iratus populum evertere secum statuerat;
 Mose autem pro eo intercedente, Dominus averit ma-
 lum.*

Intercessionem ergo apud Deum sæpe arce-
 re ingruentes calamitates, intelligimus;
 quare sacerdotalis intercessio, quæ fit
 ex umbone, non ita parvi facienda est.

III. *Deus dixit se, cum dies ultionis venerint,
 flagitium in autores vindicaturum esse.*

Peccata igitur Deus non semper, quo tem-
 poris momento committuntur, punit;
 sed ut proverbium habet: Lento sæpe
 gradu ad vindictam sui divina procedit
 ira. Val. Max. L. I. c. I. n. 3.



BONÆ MEDITATIONES.

Lex promulgatur Domini, cum fulgura
certant,

Quid causæ subfit, noscere quisque po-
test.

Illi terrentur, qui legem tollere tentant,

Ignis eos, fumus, fulmina dira manent.

Isthoc perpendam, quoties micat ignibus
æther,

Et quovis recolam tempore iussa Dei.

HISTORIA XXVI.

DE SAMSONE.

Jud. XIII, XIV, XV, XVI. Cap.

(1) Samson viribus fuit non vulgari-
bus, (2) quibus, quoad aluit ^{Jud.}
capillos, usus est. ^{XVI, 17.}
(3) Hic amavit mu- ^{c. XIV,}
lierem quandam Palæstinam ^{1.}
(4) invitis ^{3.}
parentibus. (5) Proficiscens occurrit ^{5.}
leoni, (6) quem discerpsit perinde, ^{6.}
acsi hædum discerperet. (7) Aliquan- ^{8.}

Perpicuæ Quæstiones.

1. Quis qualisve fuit homo Samson?
2. Quoad usus est corporis viribus?
3. Quamnam Samson amavitulierem?
4. Factumne est hoc consentientibus parentibus?
5. Cuinam occurrit Samson?
6. Quid leoni fecit?
7. Quid aliquanto post animadvertit in leonis cadavere?

- Jud.
XIV, 9, to post revertens animadvertit in ejus corpore examen apum cum melle. (8) Mellis partem secum abstulit, nec tamen indicavit, unde sumfisset. (9)
12. Cum nuptiæ essent, Samson convivis ænigma proposuit, quod intra septem convivii dies pervestigatum explicarent, (10) promittens, si sententiam invenissent, triginta lintea, totidemque vestes elegantes se eis daturum. (11) Sin vero explicare nequirent, postulavit sibi a Palæstinis triginta lintea, totidemque vestes elegantes dari. (12) Ænigma autem hunc in modum enarravit: Ex edace cibus, ex feroci exiit dulcedo. (13) Hoc ænigma cum illi aperire non possent, (14) in suas partes traxerunt Samsonis uxorem, (15) quæ non quievit, donec a viro suo ænigmatis sententiam eblan-

8. Quo retulit mel?

9. Quid Samson convivis nuptialibus proposuit?

10. Quid promisit Palæstinis, si sententiam ænigmatis invenissent?

11. Quid sibi dari postulavit, si explicare nequirent?

12. Quibus verbis enarravit ænigma?

13. Poterantne ænigma aperire Palæstini?

14. Quo consilio rem explorare sunt conati?

15. Quid nova nupta fecit?

directur, & Palæstinis indicaret. (16) ^{Jud.}
 Die septimo oppidani sic dicunt: quid ^{XIV, 18.}
 melle dulcius, & quid leoni ferocius?
 (17) Et ille: Nisi vitula mea, inquit, 18.
 aravissetis, meum ænigma non perve-
 stigassetis. (18) Deinde descendit, cæ- 19.
 sisque triginta hominibus eorum vestes
 ænigmatis interpretibus dedit. (19) 20.
 Cum vero postea Samson uxorem vel-
 let domum deducere, ea nupserat fa-
 miliari. (20) Tum Samson discedit, ^{c.XV, 4.}
 (21) captisque trecentis vulpibus,
 (22) & earum caudis inter se obver-
 sis singulas faces binis caudis interpo- 5.
 nit, iisque incensis, (23) vulpes in
 Palæstinorum segetes laxat. (24) Hoc 6.
 facinore graviter commoti Samsonis
 uxorem, ejusque patrem igni combu-
 runt. (25) Accidit tandem, ut is col- 13.
 ligatus hostibus suis dederetur; (26) 14.

16. Quibus verbis Palæstini ænigma solvunt?
17. Quid igitur Samson ait?
18. Unde accepit elegantiores vestes?
19. Quid interim egerat uxor?
20. Quodnam vindictæ genus excogitat Samson?
21. Quid ipsi fuit cum vulpibus?
22. Quid caudis interponit?
23. Quo vulpes laxat?
24. Quid igitur uxori Samsonis accidit?
25. Quid porro Samsoni factum est?
26. Tenerine potuit Samson vinculis?

Jud.
XV. 15. at Samson vincula dirupit, (27) & maxilla asini prostravit mille Palæstinos.

c. XVI.
2.
1. (28) Alio autem tempore Palæstini Gazam, ubi Samson cum meretrice erat, præfidiis cinxerunt: (29) Ille vero surgit de media nocte, & portæ urbis foresprehendit, avellit, & exportat in cujusdam montis cacumen. (30) Denique Samson mulierem quandam amavit nomine Dalilam, (31) quam Palæstini pecunia corrumpunt, ut sibi, in quo posita sit tanta ejus fortitudo, indicaret. (32) Samson eam quidem technis ter fefellit. (33) Primum enim se septem viminibus constringi passus est; (34) quo factò sic Dalila ei dixit: Imminent tibi Palæstini, Samson. (35) Tum ille vitilia tam facile abrupit, quam facile stupea & igne afflata vitta rumpatur. (36) Deinde novis

27. Quomodo injuriam ultus est Samson?
28. Quid expertus est Samson in urbe Gaza?
29. Quid facit ille media nocte?
30. Quamnam postea amavit mulierem?
31. Quamobrem corrumpunt pecunia mulierem?
32. Aperuitne ei animum Samson?
33. Quo pacto eam primum decepit?
34. Quid Dalila ei dicit?
35. Quonam modo se vitilibus exsolvit?
36. Quemadmodum deinde Palæstinos decepit?

funibus colligari se permisit, (37) ubi ^{Jud.} XVI, 12.
 illa iterum ei instare Palæstinos dicit;
 (38) at ipse funes a brachiis perinde
 ac filum abruptit. (39) Postea Dalila 13.
 ejus cincinnos clavo fixit in pariete,
 eique dixit: (40) Ingruunt tibi Palæ- 14.
 stini, Samson; (41) at ille clavum cum
 cincinnis ex pariete revulsit. (42) Mu- 17.
 lieris tandem afflagitationibus ille eo ad-
 ductus est, ut ei aperiret, si caput si-
 bi tonderetur, abituras a se esse vires.
 (43) Tum Dalila mittit evocatum Pa- 18.
 læstinos, ut Samsoni insidias struerent.
 (44) Illa ei in genibus suis consopito 19.
 detondi de ejus capite cincinnos cura-
 vit. (45) Is somno experrectus sensit, 20.
 Deum a se discessisse. (46) Hinc Pa- 21.
 læstini eum vicerunt viribus, eique o-
 culos effoderunt, (47) & duabus vin- 21.

37. Quid Dalila ait?

38. Quid vinctus fecit Samson?

39. Quomodo eos postea fefellit?

40. Quid dixit Dalila?

41. Quid Samson, cincinnis ejus in pariete clavo
fixis, fecit?

42. Acquievitne Dalila tandem?

43. Quosnam advocari jubet?

44. Quid Samsoni consopito fecit?

45. Quid Samson somno experrectus sensit?

46. Quid Palæstini ei fecerunt?

47. Quoniam cum detruferunt?

Jud.
XVI, 22.

23.

25.

26.

27.

29.

30.

ctum catenis in ergastulum ad molen-
dum detruferunt. (48) Interea rena-
scente post tonsuram cæsarie vires quo-
que ei sunt restitutæ. (49) Cum igitur
Palæstini ad ingens sacrificium Dagoni
faciendum convenissent, eis Samson
fuit spectaculo & ludibrio. (50) Do-
mus autem, (51) in qua tria homi-
num millia congregata erant, colu-
mnis incumbebat eisque innitebatur;
(52) quarum duas medianas Samson
amplexus manibus diruit ædes. (53)
Accidit igitur, ut Samson una cum ho-
stibus suis eodem tempore extinguere-
tur.

48. Restitutæne sunt Samsoni vires?

49. Quidnam eis cum Samfone est, dum faciunt
sacrificium?

50. Quomodo constructa erat Domus?

51. Quot millia hominum erant in domo con-
gregata?

52. Quid facit Samson amplexus columnas?

53. Quis festorum dierum fuit eventus?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Liberis non licet invitis parentibus contrahere
matrimonium.*

Fecit hoc Samson, sed ei male cessit.

II. *Mulieribus non tuto committuntur res arcana.*

Samsoni fuit maximo malo, cum ænigma
uxoris aperiret, & quemadmodum pos-
sit ipse infirmari, indicaret.

III.

III. *Siracides recte dixit: Vinum & mulieres depravare prudentes. Sir. XIX, 2.*

Verum hoc esse, Samson expertus est, quem Dalila blandiendo viribus, oculis & tandem vita privavit.

BONÆ MEDITATIONES.

Ostendit Samson, quid profit cæca libido,
Quam miseros reddat fallere docta Venus.

Viribus orbatur, delentur lumina capti,
Cumque Palæstinis denique mole perit.
Samsonis exemplum puniti mente recon-
dens,

Hostis ceu Satanæ turpis amoris ero.

HISTORIA XXVII. DE SAMUELE.

I. *Sam. I, II & III. Cap.*

(1) **E**lcana duas habuit uxores, alteram nomine Annam, alteram Phenennam. (2) Phenenna liberos habuit, Anna non habuit; (3) quare hanc illa infectata est atque irritavic, & cum ceteri in templum Jovæ profi-

1. Sam, I.

1.

2.

6.

7.

Perspicuæ Questiones.

1. Quasnam Elcana habuit uxores?
2. Habueruntne utraq;ue liberos?
3. Quid propterea accidit Annæ?

ciscen-

1. Sam. l. 8. ciscentes lætarentur, Anna flevit. (4)
 8. Elcana quidem ejus maritus animum ei
 additurus, ex ea ita quæsit: Annon
 ego tibi sum vel decies filiis potior?
 10. (5) Sed mœstitia ex ejus animo non
 11. pulsa est: igitur votum fecit, si Deus
 sibi virilem sobolem dedisset, eandem
 9. se Deo debituram. (6) Elis autem Pon-
 12. tifex sedens ad templi postes observa-
 13. vit Annam precantem. (7) Ille vero
 videns eam neque labra movere, ne-
 que vocem edere, eam temulentam ra-
 14. tus est, &: (8) Quousque, inquit, e-
 15. bria eris? Exhala vinum. (9) At illa:
 Pace tua, inquit, mulier sum ægro a-
 nimo & animi mei affectionem apud
 17. Deum effudi. (10) Tum Elis: Abi, in-
 quit, cum bona pace; Deus Israëlita-
 rum tibi det, quæ ab eo flagitasti. (11)
 20. Postea Anna edidit filium eumque Sa-
 24. muelem nominavit. (12) Puerum ab-

4. Quid Elcana animum ei additurus dixit?
5. Quodnam Anna fecit votum?
6. Quid contigit pontifici Eli?
7. Quid ratus est Elis?
8. Quid ait Pontifex Elis Annæ?
9. Quid respondet Anna?
10. Quanam fausta precatione eam a se Pontifex
11. Quid peperit Anna? (dimisit?)
12. Quo duxit puerum?

latum

latum uberibus mater ad Pontificem duxit, eique illum commisit; (13) & Deum, quod precibus suis annuisset, supplex publice laudavit. (14) Adultiore ætate Samuel factus est administrator Jovæ; (15) cui mater factam a se brevem prætextam quotannis afferebat, cum ad anniversarium sacrificium proficisceretur. (16) Samuelis autem fors ea in domo non fuit optima. (17) Eli enim filii fuerunt nequissimi, qui Samuelis animum & mores facile potuissent corrumpere. (18) Namque illorum causa Jovæ fertum male apud homines audiebat: (19) fuscina enim tridentem ferente carnem ex ollis extractam ipsi comedebant; (20) & si quis eos prohiberet, per vim eripuerunt adipem. (21) Quinimo cum mulieribus, quæ pro oraculi tabernaculo ex-

1. Sam.
II, 1.

11, 18.

19.

12.

17.

13.

16.

22.

13. Laudavitne propterea Deum?
14. Quid evasit ille Samuel?
15. Quid mater ei quotannis afferebat?
16. Quænam fors atque conditio Samuelis erat in domo Pontificis?
17. Cur fors ejus non optima illic fuit?
18. Quid illorum filiorum causa fiebat?
19. Quid flagitii committebant?
20. Prohibueruntne id homines?
21. Quid præterea mali fecerunt?

cubabant, consuetudinem habuerunt.

r. Sam. (22) Interea Samuel flagitiorum isto-
 II, 26. rum societatem fugiens, cum Deo, tum
 c. III, 20. hominibus fuit acceptus. (23) Samuel
 iste demum extitit magnus Domini
 vates.

22. An Samuel parvulus se corrumpi passus est?

23. Qualisnam tandem homo extitit ille Samuel?

SENTENTIÆ UTILES.

I. De aliis male suspicari non licet, cum nihil certi sciatur.

In eo peccatum est a pontifice Eli, qui Annam Deo supplicantem pro temulenta muliere habuit.

II. Si quando fecimus votum Deo, illud quoque solvendum est.

Voti memor Anna in templum Domini filium suum adduxit, quemadmodum sese voto obtrinxerat.

III. De pravis hominibus exempla capere nefas est.

Intelligens id Samuel exemplo filiorum Elis deterior factus non est.

BONÆ MEDITATIONES.

Elis quos habuit, nati vixere proterve,
 Et parvus Samuel tum scelus omne videt.

Sed Dominum reverens pravorum crimina vitat,

Illos iste suo vivere more finit.

Sic ego cum sanctis fugiam consortia prava,
 Atque mei ex votis usque parentis agam.

HISTORIA XXVIII.
DE PONTIFICE ELI.

I. Sam. II. & III. Cap.

(1) Deo cum admodum displiceret, ^{1. Sam. 11, 27.} Elim natos suos non severius castigare; (2) ad eum misit vatem, ei ^{27.} familiæ interitum nuntiatum; (3) qui ^{33.} inprimis his Dei verbis est usus: Qui ^{30.} me pretio habent, eos ego in pretio habebo, & qui me contemnunt, mihi respectui erunt. (4) Deinde etiam Deus ^{c. III, 13.} Samueli aperuit, se Elis familiam extincturum. (5) Deus enim Samuelem ^{3.} cubantem in templo vocavit: Samuel! (6) Puer existimans se a Pontifice Eli ^{4. 5.} esse vocatum, eum adiit, & adsum, inquit, vocatus a te. (7) Elis vero: Non vocavi, inquit, redi cubitum. (8) A ^{6.} Jova iterum vocatus Samuel (9) & ad Elim rediens: Adsum, inquit, nam tu

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid, quod Deo displiceret, Elis Pontifex fecit?
2. Quidnam ei Deus per vatem nuntiavit?
3. Quibus verbis Dei nomine usus est vates?
4. Quid Deus Samueli puero aperuit?
5. Quomodo Deus eum primum vocavit?
6. Quemnam ille audiit?
7. Quid Elis respondit?
8. Estne Samuel iterum vocatus a Jova?
9. Quid puer facit?

- me vocasti. (10) At ille: Non vocavi, fili, redi cubitum. (11) Igitur a Jova tertium vocatus (12) furgit, Elimque adit, & se vocatu illius adesse dicit.
8. (13) Tum Elis intelligens, a Jova puerum vocari, (14) Samuelem sic alloquitur: I cubitum, quodsi te vocaverit, dicito: Loquere, Jova: Nam ego tuus audio. (15) Quod cum Samuel faceret, ei Deus, se genus Elis deleturum esse, indicavit, (16) quod, cum filios suos nequiter se gerere non ignorasset, eos tamen non coërcuerit. (17) Mane cum Elis sciscitaretur ex puero, quid ei dixisset Deus? (18) oraculum patefacere reformidavit Samuel. (19) At Elis: Noli, inquit, me celare: Sic Deum habeas propitium, ut mihi nihil celabis. (20) Tum Samuel ei rem omnem sine ulla dissimulatione patefecit.

10. Quid ait Elis?
 11. Num Samuel denuo a Jova est vocatus?
 12. Puer quid statuit?
 13. Quid intelligit Elis?
 14. Quid puero præcipit?
 15. Quid Deus puero indicavit?
 16. Cur Deus voluit genus Elis delere?
 17. Quid mane Elis ex puero sciscitabatur?
 18. Quid Samuel respondit?
 19. Quibusnam duris verbis usus est Elis?
 20. Quid igitur Samuel patefecit?

(21) Et

(21) Et ille: Jova est, inquit, quod ^{I. Sam.} III, 21. ^{c. IV, 1.}
 ei videbitur, faciet. (22) Paulo post
 Israëlitæ copias suas cum in expedi-
 tionem adversus Palæstinos educerent,
 (23) filii Elis comitantes exercitum 4.
 (24) fœderis arcam secum tulerunt.
 (25) Elis senex sedens propter viam 13.
 speculabatur avidus audiendi, qua for-
 tuna pugnatum sit. (26) Tum advo- 12,
 lavit nuntius, narravitque Israëlitas es-
 se fugatos, filios Elis ambos occubui- 17.
 se arcamque fœderis captam esse. (27)
 Quo nuntio territus Elis de sella in dor- 18.
 sum delapsus apud portam fracta cer- 15,
 vice mortuus est: (28) cum esset an-
 norum nonaginta octo, homo & senex
 & gravis.

21. Quid Elis pœna indicta pronuntiavit?
 22. Adversus quos Israëlitæ copias in expedi-
 tionem eduxerunt?
 23. Quis comitatus est exercitum?
 24. Quid secum tulerunt in castra?
 25. Quid interea agebat Elis?
 26. Quid narravit nuntius?
 27. Quid accidit Eli?
 28. Quot annorum erat Elis, cum fracta cervicem
 moreretur?

SENTENTIÆ UTILES.

I. Parentes gravi pœna afficiuntur, si quid in li-
 berorum educatione peccant.

Pontifex Elis hoc expertus est, qui, cum natos committere scelera non esset nescius, nec tamen eos coërceret, ætate decrepita fracta cervice exspiravit.

II. Regno, in quo improbitas hominum eo processit, ut & sacerdotum vita flagitiis sit inquinata, pœnæ serio divinæ imminet.

Ita cum filii Elis ferta Domini populo redderent exosa, & scortis delectarentur, bellum constatum est.

III. Externus Dei cultus non sufficit, sed Deus esse interno animi affectu vult coli.

Fœderis arca fuit insigne Israëliitarum sanctuarium; cum vero ab scelestis ferretur, tradidit eam Deus in Palæstinorum manus.

BONÆ MEDITATIONES.

Elis permittit natos peccare malignos:

Ira patri nulla est, contegit omne scelus.

Quod tamen esse Deus summus non sivit inultum,

Multavit totum cum patre morte genus.

Qui correxistis me, vos nunc laudo parentes

Vos Deus ornabit, quod coluistis eum.

HISTORIA XXIX.

DE SAULO REGE.

1 Sam. IX, X, XV, XVI, XIX, XXVIII, XXXI.

1. Sam.
IX, 4.
6.

(1) Saulus vestigavit asinas patris sui perditas, (2) quas cum inveni-

Perpicuæ Quæstiones.

1. Saulus quid vestigavit?
2. Quemnam adiit?

re non posset, adiit vatem Samuelem rogans, ut rectam sibi viam ostenderet.

(3) Samuel vero sumta olei ampulla caput Sauli perfudit, eumque unxit 1. Sam. X, 1.

Israëlitarum ducem. (4) A vate Saulus 6. 2.

discedens a Deo aliam accepit mentem, & in alium hominem mutatus est. (5) 10.

In via ipse divinitus afflatus vaticinari cœpit; (6) id quod abiit in hocce pro- 13.

verbium: An & Saulus inter vates?

(7) Cum postea multitudo eum crea- 21.

tum regem confluxisset, apud impedi- 22.

menta latuit. (8) Arcessitus tandem 23.

ceteros omnes humeris supereminuit. (9) Eidem Saulo aliquando præcepe- c.XV, 3.

rat DEus, ut Amalechitas eorumque 2.

bestias interficeret; (10) sed Saulus

mandati divini contemptor & Regi Aga-

go & optimis ovibus atque agnis peper-

cit. (11) Tunc Deus dixit, se pœni- 11.

3. Samuel vero quid ei fecit?

4. Quis mutatus est Saulus?

5. Quid in via Saulo accidit?

6. Abiitne hoc in proverbium?

7. Ubinam latuit rex creandus?

8. Quis poterat novus rex cognosci?

9. Quid Deus Saulo præceperat?

10. Obscutusne est Saulus?

11. Placuitne hoc Deo?

1. Sam.
XV, 23. tere Sauli creati regis ; (12) eumque
Dei nomine Samuel vates sic allocu-
tus est : Quoniam tu Jovæ mandatum
repudiasti, ipse te vicissim regno pri-
vabit. (13) Saulus quidem causam in-
terferebat, voluisse se pecora Jovæ
Deo suo sacrificare ; (14) Deus vero
per vatem respondit : Obedientiam
meliolem esse sacrificio. (15) Dein-
ceps a malo spiritu, autore Deo, ve-
xabatur : (16) cum vero David cor-
reptam citharam manu pulsaret, fa-
cessivit ab eo malus ille spiritus. (17)
Hunc Davidem, qui erat statura hu-
mili, Deus per vatem Samuelem regem
Sauli loco unxit, (18) quem quidem
Saulus libenter occidisset, sed ei erat
præsidio Deus. (19) Extremo tem-
pore Palæstini cum coiissent pugnatum
cum Saulo, (20) hic quidem Jovæ o-

12. Quibus verbis eum Dei nomine vates alloqui-
tur ?

13. Quam causam Saulus interferebat ?

14. Quid vero Samuel respondit ?

15. Quid deinde accidit Regi ?

16. Annon poterat abigi iste spiritus ?

17. Quid vati cum Davide fuit ?

18. Poteratne Saulus novum isthunc Regem per-
ferre ?

19. Quodnam postea conflatum est bellum ?

20. Quid Saulus Jovæ oraculum constituit ?

raculum, quis foret belli eventus, con-
 suluit; (21) sed Deus ei non respon-
 dit. (22) Tum Saulus convenit mu-
 lierem Phœbo præditam; (23) quæ in-
 cantatione sua spectrum, quod speciem
 Samuelis defuncti habebat, produxit.
 (24) Dæmon adductus Saulum sic est
 allocutus: Cur me inquietas? (25)
 Cui Saulus: Deus me deseruit, hanc
 ob causam accivi te, quo mihi, quid
 faciendum sit, ostendas. (26) Samuel
 porro dixit, Deum Israëlitæ traditu-
 rum esse in Palæstinorum potestatem;
 (27) Regemque Samuel ita est allocu-
 tus: Cras tu tuique filii eritis una me-
 cum. (28) Postero die Israëlitæ sunt
 profligati, (29) & tres filii regis ceci-
 derunt in prælio. (30) Quo factò Rex
 armigero suo imperat, ut se stricto en-
 se transadigat. (31) Recusante autem

1. Sam,
XXVIII,

7. 8.

12.

15.

19.

c. XXXI,
19.

1.

2.

4.

6.

21. Quid responsi ei est datum?
22. Unde tum petiit consilium?
23. Quid incantatione productum est?
24. Quid dæmon Saulo dixit?
25. Quid Saulus dæmoni respondit?
26. Quid dæmon de belli eventu pronuntiavit?
27. Quid ominatus est dæmon Saulo?
28. Quid postero die factum est?
29. Quid Sauli filiis accidit?
30. Quid Saulus armigero imperat?
31. Quid facit armiger?

1. Sam,
XXXI,

9.

10.

præ terrore armigero, (32) gladium ipse cepit, eique incubuit. (33) Caput ejus abscissum Palæstini in omnes regionis partes miserunt; (34) corpus vero in muris Bethsanis susponderunt.

32. Quis mortem obiit Saulus?

33. Quo miserunt ejus caput?

34. Quo retulerunt ejus corpus?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Ubi Spiritus Sanctus egreditur, ibi improbus dæmon ingreditur.*

Simulac Spiritus Domini Saulum reliquisset, cum invasit malignus dæmon, qui eum inquietaret.

II. *Dominus Deus homines non deserit, nisi ab eis deseritur.*

Ita DEUS Regi Saulo annuntiari jussit hæc verba. Quoniam tu Jovæ mandatum repudiasti, ipse te vicissim regno privabit.

BONÆ MEDITATIONES.

Saul primum Domini violat sacra jura supremi,

Perfidus & blandus, post truculentus erat.

Tandem consilium lamiæ putat esse sequendum,

Postremo rabidus concidit ense suo.

Si sunt peccati tot retia totque recessus,

Tutius est primum me fugitare scelus.

HISTORIA XXX.
DE GOLIATHO VIRO IMMANI.

1. Sam. XVII. Cap.

(1) **R**egi Saulo Palæstini intulerunt bellum. (2) Cum Israëlitæ aciem adversus Palæstinos instruxissent, prodiit quidam immanis vir ex castris Palæstinorum nomine Goliathus, (3) sex cubitos & dodrantem longus: (4) lorica inducus quinque millia siclorum pendentem; (5) lanceæ ejus hastile instar erat textorii jugi. (6) Hic Goliathus illudens Israëlitis, postulavit, ut aliquem ex suis copiis deligerent, qui secum descendat in certamen. (7) Ille si gigantem occidisset, Palæstinos esse servituros Israëlitis; (8) sin vero Goliathus illum interfecisset, Israëlitas servituros Palæstinis. (9) Quibus ver-

1. Sam. XVII. 3.

4.

5.

7.

8.

9.

11.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quis Saulo intulit bellum?
2. Quid hominis inter Palæstinos fuit?
3. Quod cubitos longus fuit vir ille?
4. Quot siclorum millia pependit ejus lorica?
5. Quantum lanceæ hastile erat?
6. Quomodo Israëlitis illusit gigas?
7. Quid futurum esse dixit gigas, si quis se occidisset?
8. Quid futurum esse voluit, ipse cum vicisset?
9. Quomodo eis verbis affecti sunt Israëlitæ?

- bis auditis Saulus & universi Israëlitæ non mediocri terrore perculsi sunt.
1. Sam. XVII, 16. (10) Palæstinus per quadraginta dies elato animo hæc proloqui perseveravit. 25. (11) Tandem Saulus dixit: Si quis Goliathum occideret, ei se daturum esse filiam suam nuptum. 26. (12) Hæc audiens David statuit secum animo, 38. certare cum gigante. (13) Quod cum ad Regis aures perveniret, ejus capitî imposuit galeam, & eum lorica induit. 39. (14) Sed David ingredi conatus, negavit se cum illis posse incedere. (15) 40. Depositis igitur illis armis pedum suum manu corripit & fundam; (16) in pera vero pastorali, quam habebat, filices quinque læves ex flumine lectos posuit. 43. (17) Davidem appropinquantem Goliathus sic contempsit: Num ego sum canis, inquit, ut tu me baculo &

10. Quamdiu Goliathus illudit hoc modo Israëlitis?
11. Quid Saulus ei, qui hunc hominem occidisset, pollicitus est?
12. Quis statuit cum Goliatho certare?
13. Quid Saulus fecit?
14. Satisne apta erant arma Davidi?
15. Quid armorum loco manu corripit?
16. Quid in pera pastorali posuit?
17. Quibus verbis eum salutavit Goliathus?

lapidibus aggrediare? (18) At David: 1. Sam.
XVII,
45.
 Tu me gladio, hasta, lancea fretus aggrederis, sed ego te aggredior fretus nomine Jovæ bellipotentis, DEI Israëliticorum agminum. (19) Tum David 49.
 immissa in peram manu, depromptum inde lapidem funda jactit, & Palæstini frontem ita ferit, ut ille pronus humi concideret. (20) David accurens correpto strictoque illius ense eum amputato capite perimit. (21) Palæstini 51.
52.
 heroëm suum occubuisse videntes fugam capeffunt, & Israëlitis opimam relinquunt prædam. (22) Saulo e prælio revertente mulieres ludentes cecinerunt: Saulus mille, decem superavit millia David. (23) Quam rem sane c. XVIII,
6.
7.
8.
 Saulus ægerrime molestissimeque tulit, atque eum deinceps maligne intuitus est; (24) nec Davidi Sauli filia tradita 9.
19.
 est, sed est alii in matrimonium data.

18. Quibusnam verbis Goliathum refalutavit David?

19. Quis certaminis fuit eventus?

20. Quid adhibuit David ad amputandum illius caput?

21. Quid igitur faciunt Palæstini?

22. Quid cecinerunt mulieres?

23. Placuitne ille contentus Saulo?

24. Traditane est Regis filia Davidi ex pacto?

1. Sam. XVIII, 1, 3. (25) Sauli filium interim nomine Jonathanem David sibi magno amore devinxit; 20. (26) filia & Sauli altera Michol Davidem amare cœpit. 25. (27) Saulus igitur jussit referri Davidi, regem nullam aliam dotem cupere, quam centum Palæstinorum præputia. (28) Cogitabat autem Saulus, Davidem sic forte manibus Palæstinorum interemtum iri. 27. (29) Sed Palestinos David suis cum militibus invadit, cæsisque illorum ducentis, eorum præputia reportat; quo facto Saulus ei filiam suam Micholem nuptum locavit.

25. Quemnam David sibi magno amore devinxit?
 26. Quis amore cœpit Davidem?
 27. Quam dotem Saulus a Davide accipere cupivit?
 28. Quonam consilio Saulus id fecit?
 29. Locavitne Davidi nuptum Saulus filiam suam?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Robustus temere suis fudit viribus.*

Goliathus Davides binos fere statura æquavit, unus vero David ejus frontem ita petiit lapide, ut ille collapsus erigere se in pedes nesciret.

II. *Inter milites etiam interdum inveniuntur homines integri & pii.*

David non execrans & jurans inruit in hostem, sed: Ego te, inquit adversario, aggredior nomine Dei agminum.

III. Homo virtute præditus ubique amatur, observatur & colitur.

David in familiaritatem Jonathanis filii regis pervenit, eumque regis filia suo dignata est amore.

BONÆ MEDITATIONES.

Sex cubitos longus Goliathus roboram jactat;

Verum Davidis funda peremit eum.

Inferni certe Goliathus imago gigantis,

Et David Christum significare potest.

Impugnat Satanam, sed Christus dæmoniam vincit:

Victoris Christi signa cruenta sequar.

HISTORIA XXXI.

DE DAVIDE A SAULO INSIDIOSISSIME TRACTATO.

1. Sam. XIX, XXI, XXIV & XXVI. Cap.

(1) Saulus cum Jonathane filio suo de ^{1. Sam. XIX, 1.} occidendo Davide verba fecit.

(2) Jonathan vero id indicavit Davidi, ^{2.}

atque pro eo apud patrem suum intercessit. ^{4.}

(3) Paulo post Saulus malo ^{9.}

spiritu correptus, (4) Davidem fidi- ^{10.}

Perspicuæ Quæstiones.

1. Qua de re Saulus verba fecit cum Jonathane?
2. Quid vero Jonathan egit?
3. Quid post Saulo accidit?
4. Quid remedii David attulit?

bus ludentem (5) hasta, quam in manu habebat, conatus est affigere parieti; (6) sed hasta delata ad parietem, David ex ejus manibus evasit. (7) Saulus autem nuntios in ædes Davidis misit, qui eum observarent; (8) sed ejus uxor Michol eum per fenestram demisit; (9) & in lecto illius loco laris simulacrum posuit, dixitque, Davidem ægrotare. (10) Saulus vero eum statim in ipso lecto sibi afferri ad necem jussit. (11) Nuntii ubi eo venerunt, vident in lecto simulacrum. (12) Michol interim affirmat Davidem sibi minatum esse mortem, nisi ipsa eum dimisisset. (13) David igitur ad Achim Gethæ regem se contulit. (14) Conjecit vero, apud eundem non fore se tutum; (15) quare mutavit gestum, & stultitiam simulans in portæ ostio im-

1. Sam.
 XIX, 11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

1. XXI,
 11.

12.

13.

5. Quid Saulus rabidus fecit?
6. Percussitne Davidem?
7. Ubi observatus est David?
8. Quisnam eum per fenestram demisit?
9. Quid Michol ejus loco in lecto posuit?
10. Quid Saulus jussit fieri?
11. Quid nuntii in lecto vident?
12. Quemadmodum Michol se purgat patri?
13. Quo se David contulit?
14. Invenitque illic præsidium?
15. Quid David timore adactus faciebat?

pingebat, salivamque in barbam suam deliquabat. (16) Tum Rex Achis ex suis quæsit: adeone careret regnum infans? abigendum esse illum infanum. (17) David cum nusquam sibi tutum fatis videret locum, cum suis militibus in speluncam se recepit. (18) Accidit vero, ut Saulus in eandem speluncam ad requisita naturæ intraret. (19) Hic comites Davidem cœperunt monere, ut eo ad suum arbitrium uteretur, hostemque interficeret. (20) David vero noluit uncto Domini manus afferre, (21) sed tantum oram penulæ Sauli, quam forte deposuerat, clanculum abscidit. (22) Cum utrique ex spelunca essent egressi, David ei e longinquo penulæ oram in manu sua ostendit, dixitque ita: (23) Suscipiat DEUS hanc caussam, teque mihi ulciscatur. (24) Saulus plorans: Pro te, inquit,

1. Sam.
XXI, 14.

15.

c. XXIV.

4.

4.

3.

7.

5.

9.

12.

13.

16.

17.

16. Quid Rex Achis dixit?
17. Quo se abdidit David?
18. Quis in eam speluncam intravit?
19. Quid Davidis comites monuerunt?
20. Comprobavitne David eorum consilium?
21. Quid Davidi negotii est cum regis penula?
22. Quorsum servavit oram penulæ?
23. Quibus hic usus est verbis David?
24. Quid Saulus oram suæ penulæ videns dixit?

- Y. Sam. XXIV, facit æquitas, non pro me. (25) Saulus tamen iterum sectatus est Davidem.
 18.
- 6.XXVI. (26) Cum ille intra munimenta aliquando cubaret, castra intravit David, cepitque hastam & scyphum*, qui juxta Sauli caput erat positus. (27) Nemo in castris experrectus est, cum omnes a Deo altissime consopiti essent.
 1. 7.
 11.
 12.
13. (28) Mane David in montis vertice procul consistit, hastam & scyphum monstrans. (29) Tum Saulus: Peccavi inquit; (30) quin ita prospera precans eum alloquitur: Felicem te, David, fili; haud dubie conata perficies.
 16.
 21.
 25.
- 6.XXXI. (31) Non ita multo post Saulus se suo gladio interemit, & David Rex in ejus locum suffectus est.
 4.

25. Acquievitne igitur Saulus?

26. Quid ex Sauli castris David cepit?

27. Nemone dormientium experrectus est?

28. Quo hastam & scyphum refert?

29. Quidnam Saulus ait?

30. Quibusnam verbis Saulus Davidi prospera precat?

31. Quis tandem belli fuit eventus?

* Castellio interpretatur matellam.

SENTENTIÆ UTILES.

I. Parentes, cum quid mali præcipiunt, liberis, non est licitum eis morem gerere, sed magis cum parentibus, quam parentibus, necesse est.

A Ja

A Jonathane quidem pater ejus Saulus innocentem Davidem occidi voluit, sed ille Davidem, ut periculum effugeret, monuit.

II. *Manus Domini uncto inferre violentas, nefas est.*

David non raro Saulum regem interficiendi occasionem nactus est commodam, sed ab eo scelere semper abhorruit.

BONÆ MEDITATIONES.

Non est vindictæ cupidus, nec trux occidere David,

Hostem crudelem, cum jugulare potest.

Rem summo Domino, quem observat, tradere mavult:

Hinc rerum felix exitus usque fuit.

Ame, sancte DEUS, quævis procul ultio cedat,

Te justum veneror, judiciumque tuum.

HISTORIA XXXII.

DE BETHSABA.

2. Sam. XI, XII. Cap.

(1) **R**ex David misit ducem Joabum cum exercitu ad Rabbam urbem obsidendam. (2) David Hierosolymis manens aliquando in tecto re-

2. Sam.
XI. 1.

2.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Ad quam urbem obsidendam David misit Joabum?

2. Quid interim Davidi negotii fuit?

gia

2. Sam.
XI, 3.

- giæ domus ambulavit, (3) animadvertitque de tecto in horto mulierem quandam lavantem singulari formæ pulchritudine. (4) David de muliere percontans didicit Bethsabam esse Uriæ conjugem, (5) curavitque eam arcessendam; cum igitur David cum eam rem habuisset, gravida est facta. (6) Urias vero maritus ejus tum domi non erat, sed una cum regis exercitu in castris versabatur. (7) Eum ergo David ex castris revocavit domum, (8) ut vulgo persuaderet, Bethsabam gravidam esse ex viro suo; (9) sed Urias pro foribus regiæ cum omnibus domini sui stipatoribus cubuit, neque in domum suam descendit. (10) Postero die Urias a Davide potu inebriatus est, (11) ea mente, ut vino obrutus domum ad uxorem reverteretur; (12) sed

3. Quid David in quodam horto animadvertit?
4. Quænam illa fuit mulier?
5. Quæ dementia cepit Davidem?
6. Ubinam erat Bethsabæ maritus?
7. Quid Uriæ mandatum est, cum esset in castris?
8. Quamobrem id fecit David?
9. Convenitne Urias suam uxorem?
10. Quonam alio consilio usus est David?
11. Cur Urias inebriatus est?
12. Abiitne Urias vino obrutus domum?

Urias

Urias cubuit in cubili cum stipatoribus domini sui, neque domum descendit. (13) Mane dedit David epistolam ad ^{2. Sam.} XI, 14. Joabum, (14) in qua illum adhortatus erat ad operam dandam, ut Urias in prima acie, qua maxime praelium urgeret, collocaretur, utque a ceteris destitutus occideretur. (15) Quam epistolam Urias ipse ignorans, quid in ea esset scriptum, Joabo tradidit. (16) Joabus, quod Rex mandaverat, exequitur, sicque Urias innocens in pugna cecidit. (17) Uriæ uxor postquam audivit, mortuum esse maritum suum, ut mos erat, eum luxit. (18) Luctu autem peracto David eam in matrimonium duxit. (19) Aliquanto post Dominus DEUS vatem Nathanem ei misit, (20) qui ei fabulam narraret; duos homines, quorum alter dives, pauper alter fuisset, habitasse in quadam urbe.

13. Quid David dedit ad Joabum?
14. Quid in ea hortatus erat David Joabum?
15. Quis tradidit epistolam?
16. Quid Joabus dux facit?
17. Quid Bethsaba egit?
18. Quid Bethsabæ contigit post mariti obitum?
19. Quemnam Deus virum misit Davidi?
20. Quam fabulam narravit Nathan?

2. Sam.
c. XII, 2.

3. (21) Divitem habuisse pecudum magnam copiam, (22) pauperem vero tantum oviculam a se emtam & enutritam, (23) eamque de ejus cibo comedisse, atque ex ejus calice bibisse, & in
4. finu ejus quievisse. (24) Interim cum ad divitem venisset hospes, (25) divitem parsisse de suis fumere pecoribus, & captam illam pauperis oviculam hospiti mactasse. (26) Hic David in hominem magna ira percitus Nathani sic dicit : Per Jovam immortalem morte dignus est istius autor facinoris, ovemque quadruplo pensabit. (27) Et Nathan : Tu ille es, inquit. (28) Vates igitur per virum divitem regem Davidem, (29) per copiam pecudum multam uxores Davidis, (30) per pauperem virum innocentem Uriam, (31) & per unicam oviculam formosam Beth-

21. Quid de divite dixit?

22. Quid vero de paupere?

23. Quomodo aluit pauper oviculam suam?

24. Quid accidit viro diviti?

25. Quid hospiti mactavit?

26. Quid de eo viro judicat David?

27. Quid respondet Nathan?

28. Quid Nathan significavit per divitem?

29. Quid per multam pecudum copiam divitis?

30. Quid per pauperem?

31. Quid per unicam oviculam?

fabam significavit. (32) Postea vero 2. Sam.
XII, 10,
 Davidi Nathan varias pœnas a Deo
 indixit. (33) Tum David ad se rediens: 13.
 Peccavi in Jovam, inquit. (34) Et Na-
 than: Jova quoque ille remittit qui-
 dem tibi peccatum, neque morieris;
 (35) verumtamen, quoniam tu ista re 14.
 Jovæ inimicis maledicendi occasionem
 dedisti, filius, qui tibi natus est, mo-
 rietur. (36) Tunc David Psalmum Psal. LI,
1.
 quinquagesimum primum composuit,
 cujus priora verba sic incipiunt: Mi-
 serere mei DEUS, pro tua clementia.

32. Quid porro dixit vates Davidi?
 33. Quibus verbis confitetur David peccatum
 suum?
 34. Quibusnam verbis absolvitur?
 35. Quam pœnam Davidem temeritatis suæ dare
 voluit DEUS?
 36. Quemnam tum Psalmum pœnitentia addi-
 dit composuit?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Mulieribus cavendum; ne cujusquam corrumpant animum & moras.*

Nisi Bethsaba sese in horto nudasset, David neque adulter neque occisor factus esset.

II *Orationes sacræ ex animo fluentes, influunt rursus in animos.*

Cum vates Nathan orationem pœnitentiæ excitandæ aptam animo meditatus esset, animus Davidis quoque eadem commotus & convictus est.

III. *Quem non puduit peccare, eum nec pudeat peccatum fateri.*

Cum Nathan dixisset, Davidem esse illum virum morte dignum; David negare peccatum ausus non est, sed peccasse se contra Dominum aperte declaravit.

BONÆ MEDITATIONES.

Enecat infontem David modo factus adulter,

Sicque suum lædit persequiturque Deum.
Si quæras, horum scelerum quænam sit origo?

In promptu causa est: Visio prava fuit.
Quare cum nostris faciamus fœdus ocellis,
Errent ne temere lumina nostra vaga.

HISTORIA XXXIII.
DE ABSALOMO.

2 Sam. XIV, XV, XVI, XVII, XVIII. Cap.

2. Sam.
XIV, 25.

c. XV,
10.
6.

(1) Absalomus erat pulchritudinis laude longe omnium Israëlitarum præstantissimus, a vestigio pedis ad verticem nullo præditus vitio. (2) Hic patre vivo appetivit regnum; (3) in primis igitur aucupabatur vulgi amo-

Perspicuæ Quæstiones.

1. Num Absalomus erat eximia forma?
2. Quid ille appetivit?
3. Quid aucupabatur?

rem,

rem, (4) & adstans portæ apud viam ^{2. Sam. XV, 2.}
 quærebat ex hominibus accedentibus,
 quid a Rege peterent. (5) Quod si ^{2.}
 quis ei causam indicasset suam, ita ei
 dixit: Bonam æquamque tuam esse
 causam video, sed te, qui audiat, a
 Rege quidem est nemo. (6) Utinam ^{4.}
 ego gentis iudex constituerer, ut om-
 nium lites atque causæ ad me defer-
 rentur, & ego jus redderem, (7) Ad ^{12.}
 consilium quoque adhibuit Achitophe-
 lem, (8) qui Davidi a consiliis, cujus- ^{c. XVI, 23.}
 que consilium temporibus illis tantæ e-
 xistimationis erat, ut quicquid suade-
 ret, id pro oraculo haberetur. (9) ^{c. XV, 7.}
 Cum Absalomus Israëlitarum animos
 furtim conciliaffet, a Rege petiit, ut
 sibi Hebronem ire, & illic nuncupa-
 tum Jovæ votum reddere liceret. (10) ^{10.}
 Eo autem cum venisset, se Regem con-
 stituendum curavit. (11) Qua de re ^{14.}

4. Quid loquebatur cum hominibus in jus eun-
tibus?
5. Quid respondit?
6. Quid optavit? (adhibuit?)
7. Quemnam hominem Absalomus ad consilium
8. Quis quantusque vir fuit Achitophel?
9. Quid Absalomus a patre petiit?
10. Quid Hebrone curavit?
11. Quid David ea de re certior factus fecit?

- David Rex simulac certior factus erat,
 2. Sam. (12) Hierosolyma fugit, & adscendit
 XV, 30. per clivum olivarum, nudis pedibus in-
 23. grediens & plorans. (13) Cumque ei
 3. nuntiatum esset Achitophalem quoque
 inter conjuratos cum Absalomo esse,
 Jovam precatus est, ut Achitophelis
 4. consilium futile redderet. (14) Hoc
 5. iter cum faceret, prodiit homo quidam,
 a Saulianæ stirpis gentilitate ortus, no-
 6. mine Simeis: (15) qui conviciando
 procedens Regem faxis petebat, atque
 hujusmodi convicia jaciebat: (16) Pro-
 7. di,prodi,homo sanguinarie & scelerose.
 9. (17) Voluit quidem quisquam regionum
 maledico conviciatori caput amputa-
 10. tum ire. (18) At rex: Quid tum po-
 stea, inquit, si conviciatur? quid si Jo-
 15. va vult, eum Davidi maledicere? (19)
 Interim Absalomus cum magno comi-
 20. tatu Hierosolymam venerat. (20) Ubi

12. Quo David confugit?
13. Quid de Achitophete Deum precatus est?
14. Quis Davide fugiente prodiit?
15. Quid Simeis faciebat?
16. Quæ convicia jaciebat in Davidem?
17. Nemone ultus est injuriam?
18. Quid David dixit?
19. Quo Absalomus pervenit?
20. Quid de bello gerendo consultatur?

vero,

vero, dum consultabatur, quid facien-
 dum sit? duæ sententiæ ortæ sunt. (21) ^{2. Sam. XVII, 1.}
 Achitophel enim censuit, Davidem esse
 2.
 se persequendum atque opprimendum,
 3.
 antequam posset respirare. (22) Senex
 8.
 vero Chusæus statuit, in bellum, cum
 David sit homo rei militaris peritissimus,
 proficiscendum non esse, donec nume-
 14.
 rosus exercitus adsit. (23) Diu cum
 esset deliberatum, Chusæi consilium
 Absalomus Achitophelis consilio præ-
 14.
 tulit. (24) Neque hoc casu accidit,
 sed DEUS bonum Achitophelis confi-
 16.
 lium dissolvi voluit. (25) Id quod in-
 22.
 terim Chusæus Davidi propere indi-
 candum curavit. (26) Tum David
 cum suis omnibus profectus Jordanem
 23.
 transiit. (27) At Achitophel videns,
 suo consilio non esse obtemperatum,
 vitam suspendio finivit. (28) Fune-
 c. XVIII,
 1.
 stum igitur prælium inter patris & filii

21. Quid belli peritus Achitophel censuit?
22. Quid senex Chusæus statuit?
23. Cujusnam consilium prælatum est?
24. Utrum hoc casu accidit?
25. Quis id Davidi indicandum curavit?
26. Quodnam flumen David transiit?
27. Quonam modo vitam finivit Achitophel?
28. Quo tandem perventus est?

2. Sam. XVIII, 3. copias commissum est. (29) David
 5. quidem in aciem non venit militibus
 7. disuadentibus. (30) Tribunis vero,
 9. ut Absalomo juveni parcerent, man-
 14. davit. (31) Magnam cladem Israëlitis
 17. accipientibus fugit Absalomus, (32)
 33. & cum mulus, cui infidebat, subter
 33. quercum præteriret, (33) ille annexo
 33. ejus capite in quercu pependit in aëre.
 33. (34) Joabus regis præfectus id videns,
 33. tria tela manu corripit, eaque pecto-
 33. ri Absalomi infigit. (35) Postea cor-
 33. pus ejus, in quandam voraginem pro-
 33. jectum, milites ingenti saxorum cumu-
 33. lo obruunt. (36) Quo nuntio David
 33. percussus, & in mærorem incidens,
 33. ita sæpius dixit: (37) Fili mi, Absa-
 33. lome, fili mi, fili mi, Absalome, uti-
 33. nam ego sim pro te mortuus! Absalo-
 c. XIX, 15. me, fili mi, fili mi! (38) Deinde Da-

29. An David una venit in aciem?

30. Quid David tribunis mandavit?

31. Qua fortuna pugnatum est?

32. Quam viam institit mulus?

33. Quo se recepit Absalomus?

34. Quomodo interfectus est Absalomus?

35. Quo projectum est ejus corpus?

36. Quo animo David, eo allato nuntio, affectus est?

37. Quid igitur David clamans dixit?

38. Quid tandem Davidi contigit?

vid

vid magno applausu rursus in urbem Hierosolymam introductus est.

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Malum malo, convitium convitio, rependere non licet.* I. Petr. III, 9.

David conviciatoris Simeis injuriam ulcisci noluit, sed sibi maledici, Deo sic volente passus est.

II. *Impiorum consiliorum autores justa pœna merentur.*

Achitophel consiliorum suorum fructum alium percepit nullum, quam ejusmodi desperationem, ut vitam suspendio finiret.

III. *Regum animi in Dei manu sunt, quos, quomodo ille vult, dirigit.*

Absalomus prudentis Achitophelis consilium non fortuito, sed DEO sic ordinante, respuit.

BONÆ MEDITATIONES.

O pueri vobis monstratur quercus, adeste,
Quam fructus oculis objicit illa malos!
Davidis Regis proh! natus ab arbore pendet,

Hæc pueris fors est, cum DEUS odit eos.

Huc oculos vestros animosque advertite,
nati;

Est mater vestro & dignus honore pater.

HISTORIA XXXIV.
DE PESTE DAVIDIS TEMPORE
GRASSANTE.

2. Sam. XXIV. Cap.

2. Sam. XXIV. 1. (1) **R**ex David Deo permittente (2)
1. Paral. XXII, 1. a diabolo ad insolentiam im-
2. Sam. XXIV, 3. pulsus populum numerari iussit. (3) Id
10. quidem belli dux Joabus dissuasit, (4)
11. sed Rex a proposito averti se passus non
12. est. (5) At David post hanc populi
13. numerationem animo percussus dixit
Jovæ: (6) Peccavi graviter in eo, quod
feci. (7) Dein mane venit ad eum
Gadus, tria ei Dei nomine proponens,
quorum quoddam, quod sibi a Deo fie-
ri vellet, eligeret. (8) Malum, quod
vates proposuit, primum erat septem
annorum fames; (9) secundum fuga
trimestris: (10) tertium tridui pestis.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid David fieri iussit?
2. A quo erat impulsus?
3. Quisnam id dissuasit?
4. Num Rex a proposito averti se passus est?
5. Quid post populi numerationem accidit?
6. Quidnam David dixit?
7. Quid Gadus vates Davidi proposuit?
8. Quodnam erat primum malum?
9. Quodnam alterum?
10. Quod tertium?

(11)

(11) David hæc audiens graviter ange-
batur animo. (12) Tandem: Incida-
mus, inquit, in Jovæ manum, cujus
misericordia magna est. (13) Tum Jo-
va pestem Israëlitis immisit, qua triduo
mortua sunt hominum septuaginta mil-
lia. (14) Cum Angelus manum suam
ad urbem Hierosolymam depopulan-
dam intendisset, (15) sedatus iis pœnis
DEus Angelo imperavit, ut manum
suam cohiberet. (16) Angelus autem
erat apud aream Aravnæ; quem conspi-
catus David Deum sic oravit: (17) En
ego peccavi, ego in culpa sum: Hæ
quidem oves quid commiserunt? (18)
Postea cohibita est Israëlitarum clades,
& David Domino Deo aram in area
Aravnæ, ubi Angelus ante apparuerat,
construxit.

2. Sam.
XXIV,

14.

14.

15.

16.

17.

25.

11. Quo David affectus est animo?
12. Quid sibi David elegit?
13. Quot hominum millia peste sunt extincta?
14. Attigitne pestis quoque Hierosolymam?
15. Quid Deus Angelo imperavit?
16. Ubi erat Angelus?
17. Quibus verbis Deum oravit David?
18. Quis hujus publicæ cladis fuit eventus?

SENTENTIÆ UTILES.

*I Prava cogitationes multæ diabolo impulsore &
autore incidunt.*

Hic

Hic enim diserte dicitur David a diabolo fuisse impulsus.

II. *Bonum consilium aspernari, nefas est*
David, si ducis sui consilium probasset, septuaginta hominum millia servasset.

III. *Scelere commisso conscientia angit.*
Post populi numerationem David animo percussus est.

BONÆ MEDITATIONES.

Rex David populum numeravit mente superba;

Quæ res laude caret, displicuitque Deo.
Hinc tribus ex plagis ut vellet, cogitur, unam,

Quo factò pestis millia multa rapit.
Ergo preces dabimus, summus DEUS ut dominantes,

Incautos doceat, consilioque regat.

HISTORIA XXXV. DE SALOMONE REGE.

I. Reg. III, VI, VIII, XI, XII. Cap.

I. Reg. II, 10. 11.
c. III, 5.

(I) Davide mortuo Salomo imperium capeffvit; (2) qui, cum ei in somniis appareret Deus, eumque juberet postulare, quod sibi vellet ab ipso dari, (3) petiit a Deo prudentem do-

Perfpiciuæ Quæstiones.

1. Quis mortuo Davide imperium capeffvit?
2. Quid Deus ei in somniis dixit?
3. Quid petiit a Deo Salomo?

cilemque mentem ad populum bene regendum. (4) Precibus illis delectans ^{1. Reg. III, 10.}
 Deus tantam ei mentis sapientiam & ^{12.}
 prudentiam contulit, ut ei par nemo neque ante eum fuerit, neque post eum futurus sit. (5) Præterea quoque ei, ^{13.}
 quæ non oraverat, opes, gloriam & longam vitam Deus dedit. (6) Initio ^{16.}
 statim ejus imperii mulieres duæ meretrices occasionem, prudentiæ specimen dandi, præbuerunt. (7) Mulieres istæ ^{17.}
 iisdem in ædibus habitabant, quarum una incumbens suo infanti imprudens ^{19.}
 eum noctu suffocarat. (8) Manè utraque de vivo puero rixatæ sunt, eum ^{21.}
 sibi vindicantes. (9) Cum igitur, quæ ^{24.}
 vera infantis vivi mater sit, posset invenire nemo, Salomo afferri gladium, ^{25.}
 & puerum viventem in duas partes dividi jussit. (10) Hic alterum scortum ^{26.}
 ita dicere regi: Quæso domine, detur ei potius totus, quam ut interficiatur.

4. Probatæne sunt Deo istæ preces?
5. Quid amplius Deus ei dedit?
6. Quis occasionem ei prudentiæ specimen dandi præbuit?
7. Quid acciderat meretricibus?
8. Qua de re rixatæ sunt?
9. Quam Salomo tulit sententiam?
10. Quid scortorum alterum dixit?

- (11) Alterum: Nec meus est, nec tu-
 I. eg. us, inquit, dividatur. (12) Ex quo
 III, 27. sermone Salomo, quæ vera pueri vi-
 ventis mater fit, facile poterat judicare.
 c. VI, 1. (13) Postero Salomo tempore Domi-
 no Deo suo Hierosolymis magnificum
 38. ædificavit templum, (14) quod septem
 VIII, 10. annis exædificatum est. (15) Cum Sa-
 lomo idem templum Deo dedicaret,
 22. nubes cum Jovæ splendore ædem re-
 plevit. (16) Salomo ante aram Jovæ
 30. sq. adstans passis in cælum palmis preces
 egregias fudit. (17) Inprimis a Deo
 petiit, ut, si forte bellum oriatur, aut
 63. fames aut pestilentia, precibus annue-
 ret. (18) Deinde Salomo immolavit
 65. boum viginti duo millia, & balantum
 centum viginti millia. (19) Festum igitur
 ipse quatuordecim dies cum omni
 populo egit, eumque laute tractavit.
 c. IX, 1. (20) Sed amavit Salomo Rex multas

11. Quid alterum?
12. Quid ex eo sermone poterat judicare Salomo?
13. Quid deinde Salomo ædificavit?
14. Quod annis exædificatum est templum?
15. Quid, cum id Salomo dedicaret, accidit?
16. Quid tum Salomo fecit,
17. Quid inprimis a Deo petiit?
18. Quænam sacrificia fuerunt Salomonis?
19. Quot dies epulatus est populus?
20. Quid Salomo peccavit?

mulieres alienigenas : (21) Habuit enim uxores principes septingentas & concubinas trecentas. (22) Et sub tempus senectutis deflexa mens ejus est per illas ad alienos deos. (23) Quamobrem post ejus obitum regnum divisum est. (24) Etenim filius ejus imprudens Roboamus Judæam tantum stirpem, tribumque Benjamiticam in officio retinuit. (25) Reliquæ vero decem tribus ad Jeroboamum defecerunt eumque sibi crearunt regem. (26) Ab illo tempore populus Dei in duobus regnis Judæ & Israëlitico diversis regibus paruit. (27) Reges Judææ sedem habuerunt in urbe Hierosolyma, (28) Reges vero Israëlitici Samariæ habitarunt.

I. Reg.
IX, 3.

4.

II.

XII, 21.

20.

21. Quot uxores habuit Salomo ?
22. Quo senis Salomonis mens deflexa est ?
23. Quænam pœna secuta est deorum falsorum cultum ?
24. Quot tribus retinuit Roboamus ?
25. Quemnam reliquæ tribus regem sibi crearunt ?
26. In quot regna divisus est populus Dei ?
27. Ubi sedem habuerunt reges Judæi ?
28. Ubinam reges Israëlitici habitarunt ?

SENTENTIÆ UTILES.

I. Salomonis templum fuit Judææ gentis communis supplicationis domus.

Ejus-

Ejusmodi domus & nostra templa sunt, eique christianorum nomen parum tuentur, qui nulla premente necessitate inter preces e templo egrediuntur.

II Salomo maxime necessaria tantum a Deo petiit, & Deus ei res lesiores quoque tribuit.

Bona igitur potissimum, quæ ad animum pertinent, fidem, amorem, spem a Deo efflagitemus; ea, quæ corpori conveniunt, cibum, potum, vestimenta & alia nobis Deus voluntarius dabit.

III. Salomo senex ab uxoribus seductus ad falsos deos colendos animum appulit.

Senectus igitur non arcet stultitiam, si quando æstus juventutis sit superatus, tamen diabolo sunt suæ technæ, quibus nos, ni semper caveamus, vel in senectute præcipites dare possit.

BONÆ MEDITATIONES.

Magnificam Salomon Domino Rex condidit ædem,

Qua fuit haud regum pulchrior ulla domus.

Magne Deus, celsum tibi vellem condere templum,

Sed mea pauperies impedit illud opus.
Cum vires desint, tibi fit mea grata voluntas;

Pectus ceu templum consecro, fume, meum.

HISTORIA XXXVI.
DE BAALIS VATIBUS.

1. Reg. XVI, XVII, XVIII. Cap.

(1) **A**chabus fuit rex in regno Israë-
litico nequissimus, (2) ejus-
que uxor Jezabel fuit impietate non
minore. (3) Utrique enim Baalem
coluerunt ac adorarunt. (4) Accidit
igitur Deo autore, ut per tres annos,
sexque menses neque ros esset neque
pluvia. (5) Crescente sic annona,
corvis Deus mandavit, ut alerent E-
liam vatem, (6) cui illi mane & vespere
panem & carnem ad Carithum flu-
vium attulerunt. (7) Sed cum aliquan-
to post aruisset fluvius, jussit eum De-
us Sarephtam se conferre; sese enim
illic viduæ esse mandaturum, ut eum
aleret. (8) Elias Sarephtam veniens

1. Reg. XVI, 30.

31.

32. XVII, 1.

Jac. V, 7.

1. Reg. XVII, 4.

6.

7.

9.

10.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quo ingenio fuit Achabus Rex?
2. Meliorne fuit ejus uxor Jezabel?
3. Quidnam adversus Deum fecerunt?
4. Quanam pœna sunt a Deo affecti?
5. Quonam modo alitur Elias annonæ tempore?
6. Quid ei corvi attulerunt?
7. Sed quomodo nutritus est Elias, cum arruisset fluvius?
8. Quid Elias a vidua Sarephtensi petiit?

K

cer-

- cernit ibi mulierem viduam lignantem,
 1. Reg. eique clamat, ut sibi paulum aquæ &
 XVII, 11 frustum panis afferat. (9) Sed vidua
 12. respondit, se tantum pugillum farinæ
 in cado habere, & paulum olei in se-
 ria; sese & filium suum hæc paucula e-
 14. furos, deinde morituros. (10) Cui E-
 lias prædixit: Cadi farinam neque iri
 consumtum, neque seriæ oleum defe-
 16. cturum esse. (11) Quod & ita accidit,
 ut vidua, quoad erat annonæ difficultas,
 & familiam, & vatem alere posset. (12)
 XVIII, 1 Longo post tempore Deus Eliæ man-
 dat, ut se Achabo ostensum eat; sese
 pluviam in terras esse dimissurum. (13)
 17. Quod cum audisset Achabus, Eliæ ob-
 viam progressus, eumque sic allocutus
 est: Tune is es, qui perturbas Israëli-
 18. tas? (14) Cui ille: Non ego, inquit,
 Israëlitas perturbo, sed tu, tuaque pa-
 terna familia, qui omissis Jovæ præ-
 19. ceptis, Baales sequimini. (15) Elias

9. Quid vidua respondit?
10. Quid Elias ei solatii causa prædixit?
11. Num vero, quod prædixerat vates, accidit?
12. Quid multo post Deus mandat Eliæ?
13. Quemadmodum Achabus vatem accepit?
14. Quibus verbis defendit Elias causam suam?
15. Quis convocatus est ad Eliam in montem Carmelum?

dein-

deinde postulat, ut omnes Israëlitæ, vatesque Baalis in montem Carmelum convocentur. (16) Ad quos congregatos accedens Elias hæc verba fecit: Quousque in utrumque crus claudicatis? Si Jova Deus est, hunc sequimini; sin Baal, illum sequimini. (17) Cum nihil ei populus responderet, duos tauros adduci jussit; (18) eorum alterum Baalis vates ut immolarent, alterum ipse, (19) concedens illis potestatem deligendi, quem vellent, bovem; (20) illi si invocarent Baalem, sese Jovæ nomen appellaturum esse, (21) cujus Deus igne annueret, eum Deum esse habendum. (22) Hic universa multitudo respondit, conditionem sibi placere. (23) Baalis vates primi sacrificium fecerunt, genu submittentibus altare prætergressi sunt, (24) & a mane ad meridiem Baalis nomen,

I. Reg.
XVIII,
21.

23.

25.

24.

24.

26.

16. Quid Elias Israëlitis congregatis dixit?
17. Quidnam vates adduci jussit?
18. Quid ipsis cum tauris?
19. Cui potestas deligendi bovem data est?
20. Quid sacrificium facientes utrique voluerunt observare?
21. Quid dirimeret controversiam?
22. Quid multitudo respondit?
23. Quis primus sacrificium fecit?
24. Quousque invocarunt Baalis vates?

1. Reg. ut se exaudiret, invocarunt. (25) Sub
 XVIII, meridiem Elias illos sic deridebat : Cla-
 27. mate magna voce : Nam Deus est; sed
 28. aliquid contemplatur, aut dormit, aut
 iter habet. (26) Tum illi majore vo-
 ce clamantes seipfos gladiis secabant,
 26, 29. (27) Sed cum nulla vox audiretur,
 33. neque quisquam responderet ; (28)
 34. vates Elias taurum suum mactari jubet,
 paratque sacrificium. (29) Tantam e-
 tiam aquæ copiam in hostiam effundi
 36. curavit, ut aram aqua undique circum-
 flueret. (30) Cum jam omnia essent
 parata, Elias vates ita inquit : O Jova,
 Abrahami, Isaaci & Israëlis Deus, effi-
 ce, ut hodie intelligatur, te Israëlita-
 38. rum esse Deum. (31) Tum delapsus
 Jovæ ignis & hostiam & aram absumsit,
 39. & scrobis aquam lambit. (32) Quo
 viso, universi procidunt, & Jova De-
 us est, Jova Deus est, clamantes di-

25. Quid deridens Elias consuluit ?

26. Quid moliebantur Baalis vates ?

27. Annon exauditi sunt ?

28. Quid Elias jubet ?

29. Quid in hostiam effundi curavit ?

30. Quibusnam verbis Deum imploravit Elias ?

31. Quid hostiæ Eliæ accidit ?

32. Quid Israëlitæ clamantes dicunt ?

cunt

cunt. (33) Elias denique jubet Baalenses vates comprehendi: (34) Comprehensos & ad Cifonem fluvium ductos Elias jugulat. (35) Erant autem eorum octingenti quinquaginta.

1. Reg.
XVIII,
40.
40.
19.

33. Quid Elias jubet?

34. Quid Baalis vatibus accidit?

35. Quot ejusmodi furciferi erant?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Impius Rex ita dixit vati: Tunc is es, qui perturbas Israclitas?*

Similiter accidit Dei ministris, ut, cum impietatem hominum perferre, & filere nolunt, pro litigatoribus & pacis turbatoribus habeantur.

II. *Farinam & oleum cum vidua Sarephthensis fere consumsisset, venit vates Elias.*

Unde apparet, periculum cum sit maximum, auxilium adesse proximum.

III. *Cum vati Elia nuspian suppeteret cibus, a corvis accipit alimenta.*

Ergo Deus novit non tantum ordinarium, sed & extraordinarium modum, quo suis possit ferre opem.

BONÆ MEDITATIONES.

Clamitat atque rogat queribunda voce sacerdos

Baalis, verum percipit ille nihil.

Est ea fors hominum, qui talia numina curant,

Quæ vero auditu luminibusque carent.

Christicolæ Dominum venerantur rectius illum,

Omnia qui penitus percipit atque videt.

HISTORIA XXXVII.
DE NABOTHI VINEA.

1. Reg. XXI, XXII. Cap.

1. Reg. XXI, 1. (1) Vineam Jezraële apud Achabi Samariæ Regis palatium habuit Nabothus, (2) a quo Achabus, ut sibi eam vineam addiceret, contendit, (3) quo ea pro viridario uteretur; (4) sese ei, si ita videretur ei, pro hac argenti pretium, quantum satis esset, esse soluturum. (5) Sed Nabothus negat posse fieri, ut illi patrimonium tradat suum. (6) Quam Nabothi vocem Achabus adeo ægre tulit, ut in lecto suo decumbens a cibo abstineret. (7) Jezabel uxor ejus conveniens eum jubet maritum læto esse animo: (8) Sese enim vineam illam bre-

Perspicuæ Questiones.

1. Ubi habuit Nabothus vineam suam?
2. Quisnam, ut eam sibi Nabothus addiceret, contendit?
3. Quomodo ea rex voluit uti?
4. Quantum pretium voluit solvere Nabotho?
5. Accipitne Nabothus conditionem?
6. Placuitne regi Nabothi sermo?
7. Quis Achabum convenit?
8. Quid Jezabel dicit marito suo?

vi tradituram. (9) Hæc locuta regis ^{1. Reg. XXI, 8.}
 nomine mittit ad senatores Jezraëlen-
 ses, cum quidem Nabothus idem op-
 pidum habitabat, litteras scriptas in eam ^{10.}
 sententiam: (10) ut senatores contra
 Nabothum duos homines perditos sta-
 tuerent, (11) qui pro testimonio di-
 cant, eum Deo regique maledixisse, ^{10.}
 (12) atque ita ex urbe eductum lapi-
 datione interficerent. (13) Ad harum ^{11.}
 litterarum præscriptum dum senatores
 Jezraële faciunt, bonus vir Nabothus ^{13.}
 occiditur. (14) Jezabel audita Nabothi ^{15.}
 nece, Achabum adit & hortatur,
 ut invadat in possessionem vineæ Na-
 bothi. Nabothum enim non jam vi-
 vere, sed interiisse. (15) Achabum ^{16.}
 vero invasurum in vineæ possessionem ^{17.}
 vates Elias offendit, eumque sic est
 allocutus: (16) Quo in loco linxere ^{19.}

9. Quonam consilio rem tractat?
10. Quænam litterarum fuit sententio?
11. Quid homines perdito pro testimonio dicerent?
12. Quamnam iudices ferrent sententiam?
13. Quid Senatores Jezraële faciunt?
14. Quid Jezabel regem adhortatur Nabotho mortuo?
15. Quis offendit Achabum in vinea possessionem invasurum?
16. Quibus verbis eum allocutus est Elias?

- canes Nabothi cruorem, ibidem canes tuum quoque cruorem lingent.
1. Reg. (17) De regina vero Jezabele dixit,
XIX, 21. eam a canibus in agro Jezraëlenſi iri-
1. XXII, devoratum. (18) Quæ omnia, ut præ-
1. dicta erant, aliquot annis poſt ſic eve-
nerunt, & tota Achabi ſtirps evulſa
24. eſt. (19) Rex enim vulnere in præ-
38. lio accepto periit, & cum ejus curruſ
ablueretur, linxere canes cruorem e-
2. Reg. jus. (20) Regina Jezabel de fenestra
IX, 33. præcipitata partim conculcata, par-
24. tim a canibus devorata eſt. (21) Jo-
26. ramus ejus filius in prælio telo per-
c. X, 1. cuſſus moritur, ejusque corpus in Na-
bothi fundum abjicitur. (22) Reliqui
7. Achabi filii, homines ſeptuaginta,
(23) Samariæ jugulati ſunt, (24) eo-
rumque capita in fiſcellis poſita Jezraë-
lem miſſa, atque in Nabothi agrum
10. conjeſta ſunt. (25) Itaque nihil eo-

17. Quid novi de regina dixit?
 18. Quid deinde regiæ ſtirpi accidit?
 19. Quid contigit regi Achabo?
 20. Quid regina Jezabel experta eſt?
 21. Quænam fortuna fuit filii Jorami?
 22. Quot reliquos filios habuit Achabus?
 23. Quid mali illis accidit?
 24. Quo miſſa ſunt eorum capita?
 25. Num quid verborum divinorum fuit irritum?
- rum,

rum, quæ a Jova in Achabi genus prædicta erant, irritum fuit.

SENTENTIÆ UTILES.

I. Decem legis præcepta non tantum eis, qui imperio subjacent, sed & imperantibus data sunt.

Achabus peccavit contra nonum præceptum, & uxor ejus Jezabel neglexit quintum; sed utrique fructum suorum scelerum perceperunt.

II. Potentes a Deo potenter puniuntur.

Unius Nabothi occisi causa rex Achabus telo percussus periit, regina Jezabel a canibus devorata, & tota regia domus funditus everfa est.

III. Instrumenta ad committenda flagitia satis multa inveniuntur, in rebus vero bonis perpauci sunt adjutores.

Rex Achabus cum civis sui vineam vindicare sibi vellet, malitiæ administri complures brevi aderant: Regina Jezabel falsas litteras regis nomine scripsit; duo pessimi homunciones falsum testimonium dixerunt, & senatores Jezraëlenfes innocentem Nabothum supplicio affecerunt.

BONÆ MEDITATIONES.

De male quesitis non gaudet tertius hæres,

Verbum & magnates hocce valere vident.

Achabo nunquam Nabothi vinea prodest.

A furto discat quisque cavere sibi.

Non concupiscam quicquam, quod possidet alter,

Sed per me poterit quisque tenere suum.

HISTORIA XXXVIII.
DE ELIA IN COELUM ASCENDENTE.

2. Reg. II. Cap.

2. Reg. II, 1. (1) **E**lias, appropinquante tempore, quo in cœlum vivus raperetur,
2. (2) hortatur ministrum suum Elisæum, ut Galgalis maneret; sese enim a Deo mitti ad Bethel. (3) Sed Elisæus: Ita vivat Jova, inquit, itaque vivas tu, ut ego te non relinquam. (4) Deinde cum venissent ad Bethel, Elias hortatur Elisæum, ut ibi maneret; sese enim a Jova Hierichuntem mitti. (5) Sed ille: Ita vivat Jova, itaque vivas tu, inquit, ut ego te non relinquam. (6) Postquam Hierichuntem pervenerant, ite-

Perspicuæ Questiones.

1. Quidnam Eliæ appropinquabat?
2. Quid is hortatur ministrum suum Elisæum?
3. Quid ei Elisæus respondet?
4. Quid iterum hortatur Elias Elisæum?
5. Quid Elisæus jurejurando confirmat?
6. Quid Elias denuo hortatur Elisæum?

rum

rum hortatus est Elifæum Elias, ut ibi maneret; sese enim ad Jordanem mitti.

(7) Cui vero ille sic jurans respondet: ^{2. Reg. II, 6.}

Ita vivat Jova, itaque tu vivas, ut ego te non derelinquam. (8) Cum essent ^{3. 5.}

utrique in itinere, ubique vatum discipuli venerunt ad Elifæum ex eo ita quærentes: Scisne Dominum tuum hodie a Jova supra caput tuum raptum

iri? (9) Quibus ille: Ego scio, inquit, ^{3. 5.} tacete. (10) Atque ubi ad Jordanem ^{7.}

ventum est, quinquaginta vatibus eos secutis, & procul secundum eos stanti-

bus; (11) cepit Elias lænam suam, ea- ^{8.}

que convoluta aquam Jordanis percussit, (12) atque aqua huc illucque di-

visa ambo in sicco transierunt. (13) ^{9.}

Post trajectionem Elias sic cum Elifæo loquitur: Pete, quid me tibi præstare velis, priusquam tibi auferor. (14)

7. Elifæusne tum reliquit Eliam?
8. Quid ex Elifæo iter faciente quæsierunt vatum discipuli?
9. Quid Elifæus respondit?
10. Quot vates secuti sunt eos usque ad Jordanem?
11. Quid Eliæ cum læna fuit?
12. Quid aquis Jordanis accidit?
13. Quid postremum Elias loquitur?
14. Quid Elifæus ab Elia petiit?

2. Reg. 11, 10. Cui Elifæus : Ut præditus fiam duplo spiritu, inquit, istius, qui in te est. (15)
11. Rem sane arduam petis, inquit ille, si me a te auferri videris, istud tibi continget; sin minus, non continget. (16) His ita ambulantis & inter ambulandum colloquentibus ecce currum igneum, igneosque equos, qui alterum ab altero diremerunt, (17) ascenditque in turbine Elias in cœlum (18) cernente Elifæo & ita clamante : O pater, pater, Israëlitarum currus & equites ! (19)
13. Lænam, quæ ab Elia deciderat, Elifæus capit, (20) eaque Jordanis aquam feriens : Ubi est, inquit, Jova Deus Eliæ ? (21) Ita cum aquam percussisset, divisa ea est in utramque partem, atque ita trajecit Elifæus. (22) Paulo post quoque prodigium exhibuit in vitiosa aqua Hierichunte : (23) egressus enim

15. Quonam modo solatur cum Elias ?

16. Quid deinde accidit ?

17. Quo ascendit Elias ?

18. Quid clamat Elifæus ?

19. Quid ab Elia deciderat ?

20. Quo Elifæus refert lænam ?

21. Quid in Jordane contigit ?

22. Quodnam prodigium Hierichunte exhibuit Elifæus ?

23. Quomodo vitiosam aquam reddidit salubrem ?

ad ortum aquæ, eo salem abjecit, & ita salubris facta est aqua. (24) Inde cum se Bethel conferret, eum egressi ex oppido parvuli pueri deridebant ita ei dicitantes: Adscende calve, adscende calve. (25) Quos ille respiciens cum vidisset, detestatus per Jovæ nomen est; (26) & duæ ursæ ex fylva egressæ illorum quadraginta duos pueros dilaniarunt.

2. Reg.
II, 22,
23.

24.

24. Quid vati Elisæo Bethel se conferenti accidit?
25. Quid vates respondit nebulonibus?
26. Quasnam stultitiæ pœnas pependerunt pueri?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Non nisi duo homines mortem non appetiverunt, sed vivi in cœlum delati sunt.*

Quorum alter fuit pius Patriarcha Henochus ante terrarum orbis inundationem, alter vates Elias post inundationem.

II. *Vnam aliam, hac amissa, expectandam esse, recte statuimus.*

Elias in turbine in cœlum delatus in Christi transformatione in monte Thabore apparuit.

III. *Fideles Dei ministri possunt sancti muneris unus patienter ferre.*

Sancti Angeli, quorum opera igneo curru Elias in cœlum vectus est, & eorum animos in Abrahami finem deportabunt, ubi fulgebunt ut fulgor æthereus, eruntque stellarum similes in omnem æternitatem Dan. XII, 3.

BONÆ MEDITATIONES.

Hic bis viginti clamant: *Elisa!* puelli:

Heus, heus calvaſter ſqualide, perge, veni!

Sed brevis eſt miſeris temere clamare voluptas;

Faucibus urſorum tota caterva perit.

Doctores, pueri, nolite laceſſere verbis.

Ut ne iratorum vos maledicta premant.

HISTORIA XXXIX.
DE VIDUÆ CUJUSDAM AMPULLA OLEI.

2. Reg. IV. Cap.

2. Reg.
IV, 1.

- (1) Mulier quædam de vatum uxori-
ribus Elifæi vatis auxilium im-
plorans (2) commemorabat, virum
ſuum eſſe mortuum, quem ipſe ſciret
1. fuiſſe pium; (3) nunc inſtare credito-
rem, ut ipſa, cum, quod ſolveret, non ha-
beret, duos natos in ſervitutem ducat.
2. (4) Quærenti Elifæo, quid domi habe-
ret? (5) miſera reſpondet, nihil ſe do-
mi habere niſi ampullam olei. (6) Tum
3. ille mandat, ut vaſa foris corrogatum

Pæſpicuæ Quæſtiones.

1. Quis Eliæ vatis auxilium implorat?
2. Quid vidua de viro ſuo commemorabat?
3. Quidnam de creditore ſuo conqueritur?
4. Quid ex ea quæſivit vates?
5. Quid vidua reſpondit?
6. Quid vates corrogari juſſit?

eat

eat ab omnibus vicinis, eaque vacua neque pauca. (7) Deinde ingressa domum, & se suisque filiis ostio inclusis, transfundat in omnia illa vasa, & sic ære alieno se liberet. (8) Illa jussa faciens oleum transfundit, donec omnia vasa essent repleta. (9) Jubet quidem plura a filio vasa fuggeri, sed cum non plura superessent, cohibitum est oleum. (10) Ubi oleum venditum ivit, tantum accepit pretium, ut non solum æs alienum dissolvere, (11) sed & ipsa ejusque filii ex reliquo possent vivere.

2. Reg.
IV. 4.

5.

6.

7.

7. Quid viduæ cum tot vasīs?
8. Quid prodigii commemoratur de oleo?
9. Annon poterat plura mutuo petere vasa?
10. Quo oleum deportavit?
11. Num quid reliquum fuit?

BONÆ MEDITATIONES.

I. Probi viri, qui in templis & scholis docent, relinquunt sæpe pauperes viduas & pupillos.

Ita accidit Elisæi ætate, ut pius quidam vates præter liberos & æs alienum moriens nihil relinqueret.

II. Ejusmodi pauperculis viduis & pupillis plerumque, qui se misericordes præbent, oppido pauci sunt.

Eo modo conquerens vidua commemorat vati Elisæo, creditorem velle liberos suos in servitutem ducere,

III. Deus vero tum potissimum se patrem & tutorem pupillarum atque viduarum vindicem esse, ostendit.

Hoc viduæ præter olei ampullam nihil habentis exemplum comprobatur, quam Deus ita fortunavit, ut se ægre alieno levare atque filios educare posset.

BONÆ MEDITATIONES.

Orba viro mulier meditatur mœsta quærelas,

Æs ob contractum maxima cura venit.

Elisæ precibus simulac augetur olivum,

Una ex ampulla tollitur æris onus.

Fidite vos Domino cunctis in rebus egeni,

Qui auget res minimas omnipotente manu.

HISTORIA XL. DE BABYLONICA CAPTIVITATE.

2. Reg. XVII, XXV. Cap.

(1) **P**opulus Dei in duo regna, Judæum & Iszraëliticum, fuit divisus. (2) Regnum Judæum habuit viginti reges habitantes Hierosolymis, (3) quorum tantum octo fuerunt pro-

Perspicuæ Quæstiones.

1. Populus Dei in quot regna divisus fuit?
2. Quod reges regnum Judææ habuit?
3. Quotnam inter eos fuerunt probi?

bi.

bi. (4) In regno Israëlitico novemdecim numerantur reges, qui sedem habuerunt Samariæ, (5) quorumque ne unus quidem Dominum Deum timuit, vereque coluit. (6) Utrumque regnum tandem ab Assyriis eversum est. (7) Israëliticum primum vastatum est, (8) ejusque tribus in captivitatem sunt abductæ. (9) Postremus rex fuit Hofeas, (10) quem in bello vicit Salmanasar rex Assyriæ in urbe Ninive habitans; (11) cujus filius Senacheribus regno Judæo interitum minatus (12) regem religiosum Ezechiam in urbe Hierosolyma obsidione clausit. (13) Sed noctu Domini Angelus Assyriorum castra adortus centum octoginta quinque hominum millia occidit. (14) Mane ubi surrectum est, conspecta tanta strage digressus illinc Senacheribus Nini-

2. Reg.
XVII, 1.

3.
XVIII,
13.

17.

XIX, 35.

Esd.
XXXVII
36.

2. Reg.
XIX, 37.

4. Quot reges in regno Israëlitico numerantur?
5. Quot fuerunt religiosi?
6. A quo utrumque regnum est eversum?
7. Quodnam primum vastatum est?
8. Quo abductæ sunt istæ decem tribus?
9. Quis in regno Israëlitico postremus rex fuit?
10. Quis eum vicit?
11. Quid Senacheribus minatus est?
12. Quamnam tentavit obsidionem?
13. Quemnam illa obsidio habuit eventum?
14. Quo repetiit Senacheribus?

vem repetiit. (15) Ab illo tempore regnum Judæum plus centum annis floruit. (16) Erant autem sequentium regum plurimi impii. (17) Inprimis Manasses tantum sanguinis innocentis ceu aquam fudit, ut eo Hierosolymam passim repleverit. (18) Tandem justo Dei judicio regno Judææ paratum est exitium. (19) Tradidit enim Deus illud in manus Nebuchodonosoris Babylonis regis. (20) Hic Hierosolymam veniens initio regem Joachimum catenis vinctum, paulo post ejus filium Joachimum captum cum Judæorum optimatibus abduxit Babylonem. (21) Nono anno post idem accidit Judæorum regi Sedeciæ: (22) Ejus enim filiis ob ejus oculos trucidatis ipse est excæcatus. (23) Splendidum a Salomone exstructum templum incendio de-

2. Reg.
XXI, 6.

XXIV,
1.

2. Par.
XXXVI,

6.

9.

10.

2. Reg.
XXV, 7.

8.

15. Quot annos postea Judææ regnum floruit?
16. Quinam sequentium regum fuerunt mores?
17. Quis omniura regum pessime egit?
18. Quid tandem Judææ regno paratum est?
19. Cui Deus in manus tradidit regnum Judææ?
20. Quid Nebuchodonosori cum Joachimo fuit?
21. Quid Nebuchodonosor ultimo Judæorum regi Sedeciæ fecit?
22. Quid accidit ejus filiis?
23. Quid Salomonis templo factum est?

letum est; (24) urbs Hierosolyma solo æquata est, (25) & vulgus more pecudum Babylonem in exilium deportatus est. (26) Id quod accidit sexcentesimo anno ante, quam Christus nasceretur. (27) Ab illo tempore Hierosolyma septuaginta annos, quoad Judæorum gens in captivitate fuit, in cinere quasi sepulta jacuit.

2. Reg.
XXV,
9. 10.
11.

24. Quid urbs Hierosolyma experta est?
25. Quid vulgus perpeffus est?
26. Quo anno tantæ ruinæ inciderunt Judæorum capitibus?
27. Quot annorum captivitas Babylonica fuit?

SENTENTIÆ UTILES.

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Deus saepe diu expectat hominum emendationem morum.*

Vastato jam regno Israëlitico DEus Judææ regnum ultra centum annos servavit, ut hominibus vitam emendandi tempus superesset.

II. *Quo diutius clementi animo Deus ignovit peccantibus, eo graviores pœnæ sequuntur.*

Judæa gens cum vitia exuere nollit, Deus ne templo quidem pepercit, illud licet Salomonis ætate Dei splendore in hominum conspectu fuisset repletum.

III. *Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.*

Similiter gens Judæa exemplo Israëlitarum & urbs Hierosolyma, Samariæ, debuisset corrigi.

BONÆ MEDITATIONES.

O Solymæ muri, quæ vis vos diruit omnes?

Ira Dei summi vastat & urit eos.

Rex est in vinclis, templum confumitur
igne,

Ædes vastantur, magna caterva cadit.

O vos Christicolæ, quoque vos hæc com-
monet ira,

Fidite ne verbis : Hic sacra templa Dei.

HISTORIA XLI.
DE ESTERA.

Est. I, II. Cap.

- EST. I. (1) **A**ssuerus rex tenuit imperio pro-
1. vincias centum viginti septem.
3. (2) Hic magnus rex omnibus suis pro-
ceribus & ministris Susis convivium
4. opipare paravit. (3) Convivium illud
duravit dies centum octoginta, (4) id-
que ideo egit, quo sui tam gloriosi re-
gni opulentiam, & tam egregium ma-
10. gnitudinis decus ostentaret. (5) Rex
cum aliquando animum suum vino ex-

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quot provincias rex Assuerus tenuit imperio?
2. Quid in arce Susis paravit?
3. Quot dies duravit istud convivium?
4. Quo consilio id convivium rex egit?
5. Quid rex uxori mandavit suæ.

hilaraſſet, mandavit, ut regina Vaſtis Eſt. I,
11.
ad ſe regie coronata arceſſeretur, (6)
quo ejus formæ pulchritudinem, quæ
erat inſignis, plebi ac primatibus oſten-
deret. (7) Sed regina Vaſtis turgida 12.
faſtu ad regis mandatum venire recu-
ſavit. (8) Rex igitur incenſus ira ex 13.
amicis, quid reginæ Vaſti, non obtem- 15.
peranti, ſit faciendum? quærit. (9)
Qui dixerunt: Reginam Vaſtim non 16.
ſolum in regem peccaſſe, ſed etiam
in omnes viros, qui regis incoherent
provincias; (10) omnes enim mulie- 17.
res, divulgata hac de regina fama,
exemplo hoc motas, deſpectui maritos
habituras eſſe ſuos. (11) Rex igitur 19. 21
ſuperbam uxorem dimiſit, atque ne
amplius in conſpectum ſuum veniret,
vetuit. (12) Eodem quoque tempore 22.
rex litteras in omnes ſuas provincias
miſit, quibus ſanciebat, ut ſuæ quis-

6. Quamobrem arceſſitur regina Vaſtis?
7. Paruitne regina regis mandato?
8. Quidnam rex ex amicis ſuis quærit?
9. Quid regis amici reginæ verterunt vitio?
10. Cur eam in omnes provincias peccaſſe dixe-
runt?
11. Quodnam ſuperba Vaſtis ſubiit judicium?
12. Quasnam litteras rex miſit in provincias?

Eft. II.

4.

que domi vir imperaret. (13) Omnes deinde puellæ virgines facie elegantes congregatæ sunt, ut puellam rex, qui sibi placeret, in matrimonium duceret.

8.

(14) Inter illas reperta quoque est Judæa facie venusta, nomine Estera,

7.

7.

(15) orbata utroque parente, (16) cujus patruus & tutor fuit Mardocheus captivus Judæus eo deductus. (17)

17.

Omnes puellæ cum adducerentur ad regem, ei nulla pulchrior, & gratior visa est Estera. (18) Hanc igitur pauperulam Assuerus uxorem duxit, ejusque capiti regium imponens diadema,

20.

10.

eam pro Vasti reginam fecit. (19) Initio autem rex eam ex gente Judæa esse ortam ignoravit: tutor enim illius Mardocheus, quominus gentem suam & genus patefaceret, prohibuerat.

11.

(20) Mardocheus interim singulis diebus in vestibulo regię domus obverfa-

13. Unde rex duxit uxorem?

14. Quænam Judæa puella reperta est inter illas?

15. Quos habebat Estera parentes?

16. Quis ejus fuit tutor?

17. Quænam regi pulcherrima visa est puellarum?

18. Quo ergo honore affecta est Estera pauperula?

19. Novitne rex eam ex gente Judæa esse ortam?

20. Ubi obverfabatur interim tutor ejus Mardocheus?

batur,

batur, quo, quemadmodum valeret *Estera*, sciret. (21) Per id tempus duo regis spadones conjurarunt & Assuero manum afferre conati sunt. (22) Quam rem ubi didicit Mardocheus *Esterae* indicavit, quæ porro regi enuntiavit. (23) Quæsitæ & deprehensa re illi spadones ambo in crucem sublatis sunt, (24) & ea res regis jussu in *Annales* relata est. (25) Præmium autem, quo certe Mardocheus dignus fuisset, datum non est.

Est. II.
21.

22.

23.

VI. 3.

21. Quænam tum fuit conjuratio?
22. Quis rem ad regem derulit?
23. Quæ pœna conjurantes affecti sunt?
24. Quo ea res relata est?
25. Quodnam Mardocheo præmium datum est?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Ruinam fastus animi præcedit.* Prov. XVI, 18.

Pulchra Vastis ambitionis vitio laborans cum ad regem venire recusaret, amisit regiam dignitatem.

II. *Deus sæpe ab humo suscitât renes.* I. Sam. II, 7.

Estera puella orba utroque parente exserua captiva facta est Persarum regina.

III. *Uxores, ut maritis suis pareant, æquum est.*

Quam legem non solum Assuerus rex dedit, sed etiam Deus omnibus omnino uxõribus ita dixit: Pendebis a viro tuo, tibi que ipse imperabit. Gen. III, 16.

BONÆ MEDITATIONES.

Pellitur a folio Vastis, cum turgida fastu est;

Estera mox ejus prensat egena locum.
Opprimit & perdit fastus, quos fascinat omnes;

Verum mens humilis tollit & addit opes.
Hæc bene dum novi, mihi vera modestia semper,

Vitato fastu pulcher amictus erit.

HISTORIA XLII.

DE AMANE.

Ester. III, X. Cap.

- Est. III, (1)* **R**ex Assuerus Amanem in tantum dignitatis fastigium evexit, ut ei sedem supra omnes, quos apud se proceres habebat, collocaret. (2)
1. Hunc quisque submisse venerabatur, quod ita de eo rex imperasset. (3) At
2. Judæus Mardocheus, qui enutrierat Esteram, eum pari modo venerari noluit. (4) Quare Aman conatus est uni-
- 6.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quemnam in summum dignitatis fastigium evexit rex Assuerus?
2. Quid de ejus honore imperaverat rex?
3. Quis vero ei tantum honorem non habuit?
4. Quid igitur Aman conatus est?

ver-

versos Judæos, quotquot erant in toto
 Assueri imperio, perdere, (5) Dixit ^{Est. III,}
 igitur regi, Judæos habere leges ab om-
 8.
 nium gentium legibus alienas, neque
 regis parere legibus. (6) Simulque sua-
 9.
 sit regi, ut omnes Judæi interficeren-
 tur: (7) Hoc enim modo decem ar-
 9.
 genti talentorum millia posse in fiscum
 referri. (8) Probato eo consilio rex ^{11.}
 Amani argentum, quod apud Judæos
 occisos foret inventum, dono dedit.
 (9) Scripto igitur regis promulgatum ^{13.}
 est, ut certo quodam die omnes in to-
 to imperio Judæi occiderentur. (10) ^{IV, 1.}
 Quod ubi Mardochæus rescivit, rem ^{7.}
 omnem reginæ Esteræ exponit, hortat-
 urque eam, ut regem pro suæ nationis ^{8.}
 hominibus suppliciter oret. (11) Ne- ^{11.}
 mini autem nisi vocato licitum erat, sine
 vitæ periculo accedere ad regem in in-
 teriorem aulam. (12) Si vero cuiquam ^{11.}

5. Qua de re Aman Judæos apud regem accusavit?

6. Quidnam regi suavit?

7. Quomodo Aman regi consilium commendavit?

8. Probavitne rex consilium?

9. Quid regis scripto promulgatum est?

10. Quisnam eam rem reginæ Esteræ exponit?

11. Potuitne Estera statim regem adire, eique rem
 aperire?

12. Cuiam vita servata est?

rex

Est. IV, 11. rex virgam auream porrigeret, vita ei
 fervata est. (13) Atqui Estera ad re-
 gem triginta jam diebus non arcessita
 V, 1. erat, (14) tandem vero sese colligens
 non vocata regie vestita in atrium re-
 Fragin. Est. IV, 7. giæ ingressa est. (15) Initio quidem eam
 rex adeo ferociter aspexit, ut illa vultu
 ejus perterrita mutato colore collabe-
 Est. V, 2. retur. (16) Rex autem animo ejus di-
 vinitus ad mansuetudinem verso Este-
 ram solatur, eique porrigit auream vir-
 gam, ut ejus caput oscularetur. (17)
 4. Deinde a rege petiit, ut si ei videretur
 una cum Amane ad convivium, quod
 5. ei parasset, veniret. (18) Rex Esteræ
 obsequens venit ad convivium, & A-
 man arcessitus est, ut una cum rege ac-
 cumberet. (19) Cum pranderetur, Af-
 6. fuerus reginam Esteram adhortatur, ut
 a se quod vellet, postularet, etiamsi
 regni dimidium peteret, sese ei daturum.

13. Quot jam diebus Estera ad regem non erat arcessita?

14. Quid ea deinde se colligens fecit?

15. Quo animo Estera est affecta?

16. Quid tandem accidit?

17. Quidnam a rege petiit?

18. Obsecutusne est rex ei?

19. Quid rex cum pranderetur, Esteram adhortatur?

(20) Estera respondit se cras, quod ^{Est. V,} rex juberet, facturam, orare se interim, _{8.} ut rex postero die & Aman ad convivium, quod pararet, redirent. (21) Aman igitur eo honore non parum delectatus læto animo abit domum. _{9.} (22) Cum vero videret pro foribus regiæ Mardochæum sibi neque assurgentem _{9.} neque cedentem; (23) uxori suæ Zarefæ domi dixit: Se ne momento quidem esse animo quieto, quamdiu ad regiæ fores federet Mardochæus. _{13.} (24) Tum Zarefa uxor suadet, ut curret erigendam crucem cubitorum quinquaginta, & mane a rege contendat, ut in eam tollatur Mardochæus. _{14.} (25) Quod consilium cum Amani valde probaretur, statim crucem fecit. _{14.} (26) Ea ^{VI, 1.} autem nocte rex cum insomnis esset, _{1.} (27) jussit afferri rerum gestarum commentarios, repertumque est scriptum de patefacta paucis annis ante a Mar-

20. Quid respondit regina?

21. Quo animo fuit Aman?

22. Quid vero ei pro foribus tædium attulit?

23. Quid Aman uxori suæ dixit?

24. Quid ei suadet uxor?

25. Probatumne est Amani illud consilium?

26. Quid ea nocte regi accidit?

27. Quomodo rex insomnem noctem duxit?

- Est. VI,
 3. dochæo conjuratione. (28) Tum rex
 quæsit, quid ex ea re honoris aut di-
 3. gnitatis Mardochæus esset consecutus?
 4. (29) Cui vero responsum est, illum nec
 quicquam esse consecutum. (30) Ori-
 ente sole Aman venit ad regiæ atrium, ut
 6. cum rege ageret de suspendendo Mar-
 dochæo in patibulo. (31) Intromissum
 Amanem sic rex est allocutus: Quid ho-
 7. mini fieri debet, quem rex honore vult
 8. affici? (32) Ille respondit: Eum, quem
 rex vellet honoratum, vestitu regio &
 corona ornandum, & equo, quo rex
 9. uteretur, imponendum, & ante eum in
 urbis foro, hunc in modum procla-
 6. mandum esse: (33) Sic fit homini, cui
 rex honorem vult haberi. (34) Quod
 consilium dedit cogitans neminem esse,
 cui rex plus vellet honoris tribuere,
 10. quam sibi. (35) At rex: Abi, inquit

28. Quomodo rex quæsit?

29. Quid ei responsum est?

30. Quid Aman oriente sole fecit?

31. Quid ex Amane scire voluit rex?

32. Quem honorem ei viro exhibendum existi-
 mavit Aman?

33. Quid ante eum proclamari voluit?

34. Quare Aman eum virum tam insigni honore
 affici postulavit?

35. Quid vero rex ei mandat?

Ama-

Amani, propere, isto modo facito Mardochoæo Judæo. (36) Tum Aman coactus Mardochoæum, quem maxime ode-^{Est. VI,}
rat, ornavit & in equum in urbis foro^{11.}
intulit. (37) Quo factò Aman festi-^{13.}
nans se domum recepit, atque uxori,
quid sibi accidisset, narravit. (38)^{14.}
Adhuc eis colloquentibus ad convi-
vium, quod regina Estera paraverat,
vocatus est. (39) Rex eo die inter^{VII, 2.}
computationem rursus monuit regi-
nam Esteram, ut a se aliquid rogaret.
(40) Tum illa regi aperuit se esse^{3.}
gente Judæam rogitans, ut sibi suis-
que popularibus vita concederetur.
(41) Rex statim: Quisnam istud fa-^{5.}
cere in animum induxisset? quærit.
(42) Amanem indicans Estera: Hic^{6.}
est, inquit, consceleratus inimicus &

36. Quem igitur Aman in equum in urbis foro intulit?
37. Cuinam, quid mali sibi accidisset, Aman narravit?
38. Quo vocatus est?
39. Quid inter computationem rex Esteram monuit?
40. Quid tandem Estera a rege rogavit?
41. Quid rex quærit?
42. Quemnam Estera indicavit?

- Est. VI, 7. hostis Aman. (43) Qua re audita rex iratus ex computatione concessit in hortos palatii. (44) Aman quidem a regina, ut pro vita sua oraret, submisit petiit; (45) sed is misericordia nulla dignus habitus in cruce, quam ad ædes suas figendam curaverat, suspensus est. (46) Decem ejus filii eodem honore sunt affecti, & cum patre in crucem sublatis. (47) Mardocheus contra apud regem eodem, quo fuerat Aman, habitus est loco.

43. Quid eam rem graviter ferens rex fecit?

44. Quid Aman petiit a regina?

45. Quid ei tandem evenit?

46. Quosnam Aman in cruce habuit socios?

47. Quis in Amanis locum apud regem successit?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Orandum est, ut ii, qui summum gerunt magistratum, bonos nanciscantur consiliarios.*

Quemadmodum perfidi ministri regibus possint imponere, docemur Amanis pessimis consiliis.

II. *Si quis Deo auspice ad magnos ascendit honores, propinquorum suorum humilium meminisse debet.*

Estera & tutoris sui Mardochei & Univerforum Judæorum captivorum meminit, habuitque curam.

III. *Cum quid mali vel audimus vel videmus, laborandum est, ut id resciscat iudex.*

Mardocheus conjurationem regi indicandam curavit, sicque effecit, ut peccata punirentur.

BONÆ MEDITATIONES.

Vir celebris voluit contemptum figere furca.

Quid fors non mutat mobilitate sua?
Hem! ventosus Haman corvos cruce paciscit in alta;

Mardochem regis gratia larga beat.
Imprudens homini non ulli retia ponam,
Illum, qui temere læditur, ipse tegam.

HISTORIA XLIII.
DE JOBO.

Job. I, XLII. Cap.

(1) Vir fuit in regione Husa nomine Job. I, 1.
Jobus; (2) homo integer, 1.
probus, religiosus & a maleficiis abhorrens. (3) Huic septem filii & filiae 2.
tres natæ fuerunt, isque habuit pecudum & armentorum maximum numerum; (4) inter filios tanta intercedebat amicitia, ut sæpius convivia agitent. (5) Diebus conviviorum senex pater pro filiis hostias immolabat, 3.
4.
5.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quisnam vir habitavit in regione Husa?
2. Quis qualisque vir fuit Jobus?
3. Quarum rerum Jobus fuit dives?
4. Concordesne erant ejus liberi?
5. Quid senex pater pro filiis faciebat?

(6)

(6) cogitans fieri posse, ut sui liberi voluptatibus indulgentes contra Deum
 Job. I. 6. peccavissent. (7) Accidit autem quodam die, ut divi sive Angeli Dei convenirent, & apud Jovam adstarent, cum
 7. quidem etiam Satan una cum eis adesset. (8) Tum Jova Satani: Unde venis? inquit.
 7. (9) Et Satan Jovæ respondens: Ex peragranda, inquit, ob-
 8. eundaque terra. (10) Jova: Ecquid animadvertisti (inquit Satani) Jobum meum in terris virum incomparabili integritate & religione?
 9. (11) Hic Satan Jovæ respondit: Jobum vero non gratis esse religiosum, quem eum in modum fortunasset Deus.
 12. (12) Tum Jova Satani: En quicquid habet, tibi in manum permittitur; sic tamen, ut ipsi manum non afferas. (13) Paulo post Jobus quatuor tristes accepit nuntios;

6. Quamobrem Jobus pro filiis sæpius immolabat?
7. Quid interim in Dei conspectu accidit?
8. Quid Deus Satani dixit?
9. Quid Satan respondit?
10. Quid Deus ex Satane seiscitatus est?
11. Quidnam Satan de Jobi religione mentitus est?
12. Quid Deus Satani permittit?
13. Quod tristes accepit Jobus nuntios?

(14) quorum primus Sabæos irruisse, Job. 1.
 & boves & asinos cepisse narravit; 14.
 (15) alter retulit: Lapsum de cælo 16.
 divinum ignem oves incensas confe-
 cisse. (16) Tertius: Chaldæos cepif- 17.
 se camelos commemoravit. (17) Illo 18.
 adhuc loquente adfuit quartus, qui 19.
 ædes, in quibus epulæ fuissent, col-
 lapsas, & omnes ejus filios & filias
 enecasse, nuntiavit. (18) Tum Jobus 20.
 surrexit & lacerata tōga, tonsoque ca-
 pite procidit humi; (19) tandemque 21.
 Deum venerans inquit: Jova dede-
 rat, Jova idem abstulit, Jovæ nomi-
 ni grates agantur. (20) Alio tempore II, 1.
 cum divi convenissent, starentque
 apud Jovam, Satan quidem etiam in-
 ter eos fuit, (21) quem Jova inter- 3.
 rogavit, numnam animum animadver-
 tisset ad servum ejus Jobum? (22) 5.
 At Satan dixit: Si Deus tantum tan-

14. Quid primus narravit?

15. Quid alter retulit?

16. Quid tertius commemoravit?

17. Quid quartus nuntiavit?

18. Quid tum Jobus fecit?

19. Quidnam Jobus Deum venerans dixit?

20. Quid alio tempore apud Deum actum est?

21. Quid Deus Satanem rogavit?

22. Quid contra Satan ait?

- geret injecta manu Jobi membra, eum
 Job. II, 6 Deo coram esse maledicturum. (23)
 Et Jova Satani: Is tibi in manum da-
 tur, inquit, sed ab ejus vita cave.
 7. (24) Igitur digressus a Jovæ conspe-
 ctu Satan Jobum a planta pedum ad
 8. verticem usque tam diris ulceribus
 affecit, (25) ut ille sumta testa sese
 9. scaberet, idque sedens in medio pul-
 vere. (26) Cum eo modo angere-
 tur, ejus uxor sic ei dicere: Adhuc
 10. tu perseveras in integritate tua? Age
 sane Deo gratias & morere. (27) At
 11. ille: Insanarum more loqueris, inquit
 ei. (28) Deinde tres ejus amici ad
 ejus ægritudinem levandam, eumque
 XV, 15. consolandum venerunt. (29) Omnis
 eorum sermo eo collineavit, ut eum,
 cum Deus justus sit, impietatis argue-
 Ebr. XII, 6. rent. (30) Injuriam autem sic ei fe-
 cerunt, cum Deus interdum non mi-

23. Potestasne Satani a Deo datur affligendi san-
 ctum Jobum?
 24. Quid igitur Satan molitus est?
 25. Quid Jobus ulceribus affectus agit?
 26. Quid ejus uxor ei dixit?
 27. Quibus verbis Jobus uxorem suam objurgat?
 28. Quis ad Jobum consolandum venit?
 29. Quo eorum sermo collineavit?
 30. Utrum recte senserunt?

nus pios castiget, & confirmet, quam ^{Job. xxx.} ^{6.} ^{XXVII.} ^{6.} ^{XL. 3.} ^{IX. 3.}
 impios puniat. (31) Jobus contra se ^{6.} ^{XXVII.}
 plane innocentem conscientia sua fre- ^{6.} ^{XL. 3.}
 tus existimavit, (32) erravit autem ^{IX. 3.}
 & Jobus, cum non tam coram Deo,
 quam hominibus justus deprehenderetur. (33) Diuturna inter eos fuit con- ^{XVI. 2.}
 tentio, & amicis aliquando dixit Jo-
 bus: Omnes eos esse protervos, &
 nihil afferre solatii. (34) Dolore cum ^{III. 1. 3.}
 afficeretur acerbissimo, eo adduci se
 passus est, ut diem execraretur nata-
 lem. (35) Cruciatum alias patienter ^{II. 10.}
 perferens in pietatis studio perseve-
 ravit. (36) Deus tandem ipse arbiter ^{XXXVIII.}
 ex turbine respondit, (37) cujus sen- ^{I.} ^{XLII. 7.}
 tentiæ summa erat, neutram partem
 recte esse locutam. (38) Jobus sup- ^{6.}
 plex Deo factus sibi ipse displicuit,
 eumque humi in pulvere peccati pœ-

31. Quid Jobus de se existimavit?
32. Erravitne Jobus sic existimans?
33. Quid aliquando Jobus dixit amicis?
34. Quo tandem adduci se passus est Jobus?
35. Quemadmodum cruciatum alias portulit
 suum?
36. Quis denique ea in causa fuit arbiter?
37. Quænam Dei fuit sententia?
38. Repugnavitne Jobus?

Job.
XLII, 12

nituit. (39) Cui deinde Deus omnia, quæ habuerat, conduplicavit. (40) Jobus & denuo genuit septem filios & tres filias, (41) vixitque postea annos centum quadraginta, viditque suos natos & nepotes ad quartum genus.

13.

16.

39. Qua demum ratione Jobus interum exhilaratus est?

40. Quot filios postea genuit Jobus?

41. Quot annos porro vixit Jobus?

SENTENTIÆ UTILES.

I. Dominus Deus cognoscit bonos?

Deus, Jobum integrum & probum esse, eumque sui in regione haud habere similem, non fuit nescius.

II. Dominus Deus interdum tentat bonos.

Pari modo Deus Satani Jobum excrucian- di, ejusque animum explorandi, dedit potestatem.

III. Dominus Deus solatur bonos.

Deus omnia, quæ Jobus calamitosis die- bus amiserat, conduplicavit.

BONÆ MEDITATIONES.

In Dominum Jobus pro se vult dicere causam,

Post vero causa se cecidisse videt.

Non est justus homo, Numen cum ju- dicat, ullus.

Nam justus Deus est, ast homo quis- que malus.

Ergo cum Domino supremo ligito nun- quam,

Christo sit nostro tradita causa mea.

HIS.

HISTORIA XLIV.
DE TRIBUS JUDÆIS IN FLA-
GRANTEM IGNE FURNACEM
CONJECTIS.

Dan. III. Cap.

<p>(1) Nebuchodonosor rex Babyloniae</p>	<p>Dan. III.</p>
<p>fecit aureum colossum, (2)</p>	<p>4. 5.</p>
<p>altitudine cubitorum sexaginta, lati- tudine sex, (3) eumque in campo in Babyloniae finibus erexit. (4) Omni- bus quoque, qui regi tum parebant, mandatum est, ut procumbentes co- lossum illum venerarentur. (5) Qui</p>	<p>6. 7.</p>
<p>vero non procubisset ac veneratus fuisse, is e vestigio conjiceretur in ardentem igne furnacem. (6) Igitur simulac audiverunt omnes populi tu- barum aliorumque musicorum instru- mentorum vocem, prociderunt co- lossum venerantes. (7) Tres autem Judæi viri præclari Sidracus, Misa-</p>	<p>12.</p>

Perspicuae Quaestiones.

1. Quid Nebuchodonosor rex fecit?
2. Quantus erat ille aureus colossus?
3. Ubi erectus est ille colossus?
4. Quid populis regi parentibus mandatum est?
5. Quanam poena statuta est in non parentes?
6. Quid populi fecerunt?
7. Quis vero colossum veneratus non est?

cus & Abdenago, colossum venerati
 Dan. III. non sunt. (8) Quos rex adduci ju-
 13. bet, iterumque eis mandat, ut vene-
 15. rarentur colossum, nisi velint, con-
 festim in mediam flagrantis ignis for-
 15. nacem conjici. (9) Quin ita contu-
 meliose dixit: **Ecquis vero Deus est,**
 qui vos eripere possit ex manu mea?
 17. (10) Regi illi responderunt viri his
 18. verbis: **Deus, quem nos colimus, est**
 ejusmodi, ut possit nos ex incensæ
 fornacis ardore servare, quod etsi non
 ita faceret, scito tamen, rex, nos
 19. erectum a te colossum aureum non
 venerari. (11) Tum rex furore ple-
 nus jubet fornacem septuplo magis
 21. incendi, quam ante erat accensa. (12)
 Et milites regis jussu homines tres col-
 ligatos cum vestimentis suis in flagran-
 22. tem igne fornacem conjiciunt. (13)
 Tantopere vero incensa erat fornax,
 ut illi, qui Judæos projiciebant, flam-
 25. ma ignis extinguerentur. (14) At

8. Quid mandat rex tribus Judæis?
 9. Quid rex contumeliose dixit?
 10. Quid illi tres viri responderunt?
 11. Quid vero rex jubet?
 12. Quid milites tribus hominibus faciunt?
 13. Quid militibus accidit?
 14. Quidnam illi viri agebant in media flamma?
- illi

illi tres homines in ardentem fornacem delapsi salvi ambulabant in media flamma, (15) cum Angelus qui-
dam eis adstans vim flammæ ab eis arceret. (16) Quid? quod Deo suo in media flamma hymnum cecinerunt. (17) Interea rex quatuor viros, cum tantum tres in ignem coniecti fuissent, per mediam ambulantes fornacem vidit. (18) Tum rex valde attonitus evocavit tres illos homines ex igne. (19) Prodierunt ergo ne capillo quidem capitis adusto, nec in eorum vestimentis ignis odor percipi poterat. (20) Quo facto Nebuchodonosor mandavit, ut ne quisquam Sidraci, Misaci & Abdenagonis Deo malediceret.

15. Quisnam ei adstitit in fornace?
16. Quid cecinerunt in fornace?
17. Quid in ea vidit Nebuchodonosor?
18. Quid igitur rex fecit?
19. Quid hominum fuit species?
20. Quid Nebuchodonosor mandavit?

SENTENTIA UTILIS.

Boni Angeli tuentur & custodiunt pios.

Ejusmodi Angelus adfuit tribus viris in flagrante fornace, eosque a vi flammæ tutos reddidit.

BONÆ MEDITATIONES.

Uri Judæ tres malunt igne camini,
 Quam jussu regis lædere jura Dei.
 Effetne & nobis veri confessio tanta?
 Si membris nostris flamma parata foret.
 A vero cedat ne maxima turba, verendum.
 Ne tenter, fundam nocte dieque preces.

HISTORIA XLV.
 DE DANIELE LEONIBUS
 OBIECTO.

Daniel. VI. Cap.

Dan. VI, (1) ^{3.} **D**arius rex Babylonæ cum va-
 4. stantiam toti regno præficeret, (2)
 consiliarii id indigne ferentes, cuncti
 5. ad Danielem opprimendum consen-
 7. serunt. (3) Quare a rege Dario ex-
 torserunt legem, cui parere non pos-
 set Daniel: (4) videlicet lege sancitum est, ut quisquis rem ullam ab ullo præterquam a rege per triginta

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quo honore rex Darius Danielem affecit?
2. Quid propterea mali Danieli accidit?
3. Insidiatine sunt regis consiliarii Danieli?
4. Quid lege sancitum est?

dies

dies petivisset, (5) conjiceretur in specum leonum. (6) Daniel legem illam non curans quotidie ter flexis genibus verum Deum celebrat. (7) Id ubi rex audivit, magno dolore affectus animum ad Danielem liberandum adjecit. (8) Sed homines congregati non prius acquieverunt, quam Daniel in leonum specum esset coniectus. (9) Quem rex Darius his profecutus est verbis: Deus tuus, quem tu assidue colis, te tueatur. (10) Rex quoque saxum speluncæ ostio admotum annulo obsignavit, ne quis forte Danieli vim inferat. (11) Quid? quod cura fecit, ut rex incœnatus maneret, noctuque careret somno. (12) Mane ipse festinanter ad leonum speluncam contulit se, & Danielem inclamavit his verbis: O Daniel, viventis Dei cultor, potuitne te Deus iste tuus a leonibus defende-

Dan. VI.
10.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

5. Quznam statuta est pœna in peccantes?
6. Curavitne Daniel illam legem?
7. Quo rex adjecit animum?
8. Quid vero egerunt homines scelerati?
9. Quibusnam verbis eum solatus est rex?
10. Quis saxum speluncæ obsignavit?
11. Quonam animo affectus est rex?
12. Quid postero die mane rex fecit?

- Dan. VI, re? (13) Daniel: Deus misso, inquit, angelo suo ora leonum obstruxit ita, ut me non læserint. (14) Tum rex ingenti inde lætitia affectus
22. 23. 24. 24. 25.
- Danielem ex specu iussit extrahi. (15) Deinde iussit homines, qui crimen in Danielem conflaverant in leonum antrum una cum ipforum liberis ac uxoribus conjici; (16) quos, antequam antri solum contigissent, leones corripuerunt, eorumque membra comminuerunt omnia. (17) A rege postea edictum positum est, ut in universa regni ditione terrori sit & formidini Danielis Deus. (18) Postero tempore regnante Cyro erat Babylo-
- Fr. Dan. II, 2. 2. 14.
- niis simulacrum nomine Belus, (19) in quod impendebantur quotidie filiginis medimni duodecim, oves quadraginta & vini metretæ sex. (20)

13. Quid Daniel ex spelunca respondit?
 14. Quo rex est affectus animo?
 15. Quid adversariis Danielis accidit?
 16. Quonam modo illos leones acceperunt?
 17. Quodnam a rege edictum positum est?
 18. Quodnam postea simulacrum coluerunt Babylonii?
 19. Quantum in illud simulacrum quotidie impendebatur?
 20. Quis ista libamina consumsit?

Quæ

Quæ omnia sacerdotes, (21) regi ^{Pr. Dan.} persuadentes simulacrum tantum re- ^{II, 5.}
 quirere, consumere consueverant. (22) 6.
 Rem Daniel prodidit regi, (23) qui ^{13.}
 eam exploraturus ipse Belo cibum
 apposuit, & templi ostium annulo
 suo obsignavit. (24) Mane cum rex ^{15.}
 rediisset in fanum, videns ostium ad- ^{16.}
 huc obsignatum, & cibum consum-
 tum, (25) magna voce exclamavit: ^{17.}
 Magnus es, Bele, & omnis doli ex-
 pers. (26) Daniel vero ridens mon- ^{18.}
 stratur regi virorum vestigia & mulie-
 rum & puerorum. (27) Sacerdotes ^{14.}
 enim de nocte venerant, & una cum
 uxoribus & liberis omnia in templo
 perederant, atque ebiberant. (28) ^{13.}
 Daniel autem vespera præterita to-
 tius templi solum cineribus consper-

21. Quid sacerdotes regi persuadere sunt conati?
22. Quis dolum subesse regi prodidit?
23. Quonam modo rem exploravit rex?
24. Quid mane rediens rex vidit?
25. Quid rex exclamavit?
26. Quænam vestigia in fani pavimento apparerant?
27. Quis de nocte venerat in templum?
28. Quis factum est, ut conspici possent vestigia?

- Fr. Dan. II, 20. gi jufferat. (29) Tunc rex sacerdo-
 21. tes comprehendit, & cum ab eis oc-
 cultos introitus didicisset, (30) eos
 interfecit, & Belum Danieli in po-
 testatem dedit, qui eum ejusque de-
 III, 1. lubrum evertit. (31) Erat & Baby-
 lone draco magnus, quem venera-
 5. bantur Babylonii. (32) Daniel au-
 tem picem & adipem & pilos simul
 coxit, & hinc confectas offas dra-
 conis in os injecit, (33) ex quo cum
 crepuisset ille; ecce vestra, inquit
 9. Daniel, numina. (34) Daniel tum a
 turba iterum in specum leonum in-
 10. jectus est, ubi sex fuit dies. (35)
 Erant autem in eo specu leones sep-
 tem, (36) quibus cum quotidie duo
 corpora & totidem oves dari soli-
 tum esset; (37) per illud sextiduum
 11. eis nihil datum est. (38) Eodem tem-
 29. Quid rex a sacerdotibus comprehensis di-
 dicit?
 30. Quanam pœna rex deceptores affecit?
 31. Quid præterea Babylonii venerabantur?
 32. Quid Daniel draconi coxit?
 33. Quid accidit draconi?
 34. Quid simul Danieli evenit?
 35. Quot leones in eo specu?
 36. Quid eis devorandum quotidie datum est?
 37. Quamdiu nihil datum est eis?
 38. Quid negotii erat vati Habacuco?

pore Habacucus vates in Judæa edulium rus portaturus ad messorum, (39) ^{Fr. Dan. III, 14.} ab Angelo Domini vertice prehensus & capitis coma sublatus, Babylonem deportatus & super specum depositus est. (40) Daniel ubi cibum sumserat, Dei Angelus Habacucum in locum suum reposuit. (41) Rex septimo die ad specum accedens Daniëlem emisit, (42) & ejus necis auctores conjecit in specum, (43) qui extemplo ipso præsentem sunt devorati.

39. Quid accidit Habacuco rus ituro?
40. Quomam modo Habacucus domum rediit?
41. Quid septimo die accidit?
42. Quis conjectus est pro Daniele in specum?
43. Quid Danielis adversariis in specu evenit?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Veri cultus divini ratio & cura ubique habenda est.*

Daniel hucusque Deum verum quotidie ter orans veneratus erat, quem morem etiam, cum hostes ei instarent, servavit.

II. *Malum consilium consultori pessimum.* A. Gell. N. A. L. Vc. 5.

Illud Danielis hostes, cum ipsi in speluncam conjicerentur, experti sunt.

III. *Gentiles, quod cum Deo expostulent injuriam, certe non habent.*

Babyloniis Deum verum cognoscendi non defuit occasio.

BONÆ MEDITATIONES.

Quaque die Dominum Daniel sanctus ter
adorat,

Nec cessat, pœnas spectet adesse licet.
Tantus forte meis precibus si deficit ar-
dor,

Non tamen ulla dies præterit absque
prece.

Ad minimum Domino cantabo carmina
mane,

Et tribuam laudes vespere voce mea.

HISTORIA XLVI.
DE URBE NINIVE.

Jonæ I, II, III & IV. Cap.

Jon. III, (1) ^{3.} ^{1, 2.} N ^{2.}inive erat urbs tridui iter pa-
tens. (2) Ninivitæ autem
nulla probitate erant, sed eorum sce-
lera in Jovæ conspectum ascende-
rant. (3) Quare Deus Jonam va-
tem ad eos misit, qui eos ad vitæ
emendationem adhortaretur. (4) At
Jonas a Deo sibi imperata non fecit,
sed navem nactus fugit. (5) Deus

Perspicue Questiones.

1. Quanta fuit urbs Ninive?
2. Probine erant urbis incolæ?
3. Quem vatem Deus misit ad eos?
4. Utrum Jonas imperata fecit?
5. Quid Deus in mare concitavit?

vero

vero tantum ventum in mare concitavit, (6) tantaque tempestas in mari coorta est, ut navis propemodum rumperetur. (7) Qua re perterriti Jon. I. 5. nautæ, (8) levandi navigii gratia suarum rerum jacturam facere; (9) nihil autem opera profecerunt sua. (10) Jonas interea degressus ad navis latera, cubans dormivit. (11) Quem nautæ aggressi hortati sunt, ut suum quoque Deum ceterorum more invocaret. (12) Deinde inter se ita dictitare: Agite, jaciamus fortes, ut sciamus, ecquis nobis hujus mali causa sit? (13) Sortibus jactis designatus est Jonas; (14) qui statim confessus est, se e Dei, quem revereretur, manibus elabi voluisse. (15) Ipse & illis, ut se tollerent, & in mare dejicerent, suavit: Ita enim pla-

6. Quid in mari coortum est?
7. Quid facere nautæ cæperunt?
8. Cujus rei gratia?
9. Transitne sic tempestas?
10. Quid Jonas interea egit?
11. Quid eum nautæ hortati sunt?
12. Quid navigantes tandem inter se dictitarunt?
13. Quisnam sortibus jactis designatus est?
14. Quid deinde Jonas confessus est?
15. Quid Jonas ipse suavit?

- Jon. I. catum iri mare. (16) Sublatum ergo
 15. Jonam homines in mare dejecerunt,
 II, I. atque id sævire desiit. (17) Præpara-
 raverat autem Jova ingentem piscem
 ad Jonam absorbendum, (18) cu-
 jus in piscis ventre fuit Jonas tres
 2. dies ac tres noctes. (19) Quibus in
 angustiis Jonas Deum invocavit, (20)
 & Deus ejus ex orci ventre orantis
 11. vocem exaudivit, (21) & piscis Dei
 jussu Jonam incolumem in terram evo-
 III, I. nuit. (22) Tum Deus Jonæ iterum
 mandatum dedit, ut Ninivem profi-
 cisceretur, & Ninivitas, quo se emen-
 3. darent, moneret. (23) Obsequens
 Dei mandato Jonas tandem in urbem
 4. veniens proclamavit fore, ut post
 quadraginta dies Ninive everteretur,
 ni homines ad meliorem redirent fru-
 5. gem. (24) Urbis incolas, id ubi au-

16. Quid igitur Jonæ fecerunt?

17. Quid Jonæ in mare dejecto accidit?

18. Quot dies Jonas in piscis ventre fuit?

19. Quid Jonas in angustiis fecit?

20. Numquid orando profecit?

21. Quid piscis Dei jussu fecit?

22. Quodnam Jonæ Deus mandatum dedit?

23. Quidnam Jonas Ninivitas monuit?

24. Numquid curarunt Ninivitæ vatis correctio-
 nem?

dive-

diverunt, peccatorum pœnituit, ipsi-
 que Deo supplicarunt. (25) Rex ipse Jon. III,
 deposito insigni suo operuit se cen- 6.
 tone & sedit humi; (26) jussitque 7.
 per urbem pronuntiari, ne homines,
 neve pecora quicquam gustarent, ne-
 ve pascerentur. (27) Itaque Deus 10.
 dolore eorum cognito cohibuit se,
 & a pœna, quam in eos irrogare sta-
 tuerat, abstinuit. (28) Quæ res us- IV, 1.
 que adeo Jonæ displicuit, ut mori
 optaret, (29) quod, sicut fuerat fa- 3.
 ticipinatus, non ita evenerat. (30) Im- 5.
 patiens igitur egressus ex urbe non
 procul ab ea Jonas fecit sibi umbra-
 culum, sub quo in umbra maneret,
 donec videret, quid urbi accideret.
 (31) Præparaverat autem Deus cu- 6.
 curbitam, quæ fatis capiti præberet
 umbram. (32) Qua cucurbita qui-
 dem Jonas magnopere gavisus est, sed

25. Quid rex re audita egit?
26. Quid rex jussit?
27. Movitne hominum dolor Deum?
28. Placuitne ea res Jonæ?
29. Cur eam rem adeo moleste tulit Jonas?
30. Ubinam Jonas sibi fecit umbraculum?
31. Quid præparaverat Deus?
32. Gavisus est Jonas cucurbita?

- Jon. IV, lætitia ejus minus diuturna fuit. (33)
 7. Deus enim misit vermem, a quo per-
 8. stricta cucurbita exaruit. (34) Sol
 deinde exortus Jonæ caput feriebat
 adeo, ut æstuans mortem denuo ora-
 10. ret. (35) Tum Deus: Tu cucurbitæ
 causa moveris, inquit, quam nec ela-
 11. borasti, nec auxisti; ego non mo-
 veare ob Ninivem tantam urbem?

33. Quid vero cucurbitæ accidit?

34. Quid Jonas cucurbita arefacta oravit?

35. Quibusnam verbis Deus vatem reprehendit?

SENTENTIÆ UTILES.

I. Proverbium recte habet: *Magnarum urbium magna esse scelera.*

Amplissima urbs Ninive tanta nequitiæ sca-
 tebat, ut Deus eam funditus evertere
 constitueret.

II. *Præcones sacri, qui, ut nos de admissis de-
 lictis doleamus, adhorvantur, audiendi sunt.*

Ninivite, dum parebant vati, urbis exi-
 tium non viderunt.

III. *Jonas vates representavit Christum.*

Cantamus enim in templis diebus pas-
 chæ festis Christum celebrantes: Eum
 instar Jonæ latentis in piscis ventre
 triduum, tridui spatium in monumento
 fuisse.

BONÆ MEDITATIONES.

Mox peccatorum Ninivitas pœnitent om-
 nes,

Cum Jonas, urbs quod sit peritura,
 docet.

Sed

Sed Summus Dominus miseretur gentis
iniquæ;

Criminis hinc memorem me Ninivita
facit.

Præco facer quoties inquit: Convertite
vosmet,

Et de peccatis rite dolebo meis.

HISTORIA XLVII. DE JUDITHA.

Judith. a. 6. I - XVI. Cap.

(1) **N**ebuchodonosor habuit suarum Jud. II.
copiarum imperatorem no- 4.
mine Olofernem, (2) qui cum in- 7.
genti exercitu ex regione in regionem
proficiscens (3) omnes, qui resiste- 16.
bant, homines trucidavit ferro. (4) IV, 1.
De quo cum fama ad Israëlitas esset 7.
perlata, ei Deum obnixe invocare,
& jejuniis intenti esse cœperunt, at-
que se contra hostis impetum defen-
dere statuerunt. (5) Mirans eorum VII, 1.
conatum Olofernes omni exercitui,

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quemnam Nebuchodonosor habuit imperatorem?
2. Quid Olofernes gessit?
3. Quid resistentibus fecit?
4. Quid consilii fuit Israëlitis?
5. Quam Olofernes obsedit urbem?

- ut Betuliam, quæ Judæorum urbs erat bene munita, contendat, mandat.
- Jud. V, (6) Sciscitatus vero ante est, qualis
 2. Judæorum gens esset, & qua in re positum sit eorum robur & potentia?
3. (7) Tum Achior respondens suasit, ut exploret, utrum Judæi in offensa
 22. sint apud Deum suum nec ne? (8) Eos enim si quid commisissent, facile armis posse vinci; (9) sin vero nihil
 23. ab eis contra ipsorum Deum commissum esset, tum Assyrios totius orbis probra subituros. (10) Quo sermone ad iram commotus Olofernes
 VI, 1. Achio rem Betuliam Israëlitis tradendum perducere iussit, (11) ut illic eodem cum illis afficeretur supplicio.
 6. (12) Olofernes deinde tubos, per quos fontes in oppidum influebant,
 VII, 10. interceptit, fontesque extra urbem mi-

6. Quidnam ante sciscitatus est?

7. Quid tum Achior suasit?

8. Quid futurum dixit, si Judæi essent in offensa apud Deum suum?

9. Quid vero, si nihil contra Deum commisissent?

10. Quid Achiori ita respondenti accidit?

11. Quamobrem Olofernes eum Betuliam deduci iussit?

12. Quo consilio interim Olofernes usus est?

litum

litum præsidio munivit. (13) Tum ^{Jud. VII,}
 oppidani tanta aquæ penuria labora- ^{12.}
 runt, ut se dedere, quam siti perire ^{15.}
 malent. (14) Tandem omnes in eam ^{22.}
 iverunt sententiam, ut dies adhuc quin- ^{24.}
 que durarent, nisi illis diebus sibi fo-
 ret Deus auxilio, tunc sese urbem
 tradituros. (15) Erat autem ea tem- ^{VIII, 1.6}
 pestate formosa vidua in oppido no-
 mine Juditha, quæ illud denique ab
 obsidione Assyriorum liberavit. (16) ^{27.}
 Illa enim, quod haberet in animo, ape-
 ruit nemini, adhortataque tantum est
 cives, ut pro ipsa sedulo Deum ora-
 rent; cui mulieri & illi paruerunt.
 (17) Egredia ergo ex urbe intravit ^{X, 12.}
 hostium castra, pollicitaque est, se ^{14.}
 viam aperte demonstraturam esse, qua
 Assyrii oppido commode potirentur.
 (18) Petiit autem ab Oloferne, ut ^{XI, 13.}
 juberet sibi permitti mane & vespere
 ex castris egredi ad preces, donec.

13. Cujusnam rei penuria laborarunt obsidione
 cincti?

14. In quamnam tandem omnes cives ivere sen-
 tentiam?

15. Quisnam Betuliam ab obsidione liberavit?

16. Quid adhortata est Juditha cives?

17. Quidnam Juditha Assyriis pollicita est?

18. Quid vero Juditha ab Oloferne petiit?

- Jud. XII, rem perfecisset suam. (19) Olofernes
 7. ei favens stipatoribus imperavit, ut
 ne ea cum ancilla exire triduum pro-
 12. hiberetur. (20) Quarto die Olofer-
 nes dixit, sibi turpe esse, si mulier
 tam venusta facie ab Assyriis sine con-
 18. gressu dimitteretur, eamque ad con-
 vivium invitavit. (21) Venientem sic
 ille alloquitur: Asside, bibe sane &
 voluptati nobiscum indulge: Nam no-
 19. bis places. (22) Cui Juditha: Bibam
 vero, domine; nam hic mihi dies in
 17. omni vita mea multo clarissimus illu-
 21. xit. (23) Pulchram autem Juditham
 deperiens Olofernes tantum vini hau-
 sit, quantum nunquam per omnem
 XIII, 1. vitam uno die biberat. (24) Famuli
 etiam ejus fuerant in sua cubilia di-
 lapsi, quod essent omnes prolixiore
 3. defessi computatione. (25) Postre-

19. Paruitne ejus precibus Olofernes?

20. Quemnam Olofernes Judithæ habuit hono-
 rem?

21. Quemadmodum Olofernes venientem Judi-
 tham alloquitur?

22. Quid Juditha ei blandiens respondit?

23. Quomodo affectus est Olofernes cum cœ-
 naret?

24. Quid famuli egerunt?

25. Quis postremo relictus est in tabernaculo?

mo in tabernaculo præter Olofernem, qui vino perfusus in lecto suo jacebat, fuit nemo. (26) Juditha igitur Jud. XIII
 ad lectum accessit & lacrymans dixit: 5.
 Confirma me, Domine, Deus Israëlitarum, hodierno die. (27) Tum 6.
 Olofernus acinacem de lecti ejus columella detrahens ejus caput amputavit. 7.
 (28) Ancilla, quæ ad manum erat, caput Olofernus statim in peram indidit. 9.
 (29) Primo mane Juditha, ut erat solita, cum ancilla ad precandum exivit; 10.
 (30) illuc vero non rediit, sed festinanti pede studuit 11.
 ante solis ortum accedere ad urbem. 12.
 (31) Senatores igitur cum in urbis foro convenissent, ea caput Olofernus ex pera prolatum ostendit. 14.
 (32) 19. Hic omnes attoniti Deum suppliciter venerati sunt, & orto interea sole XIV, 7.
 obsessi armis sumtis eruperunt. (33)

26. Quid Juditha Deum oravit?
27. Quid Juditha Oloferni fecit?
28. Quo Olofernis caput retulit?
29. Quid Juditha primo mane fecit?
30. Rediitne illa in castra?
31. Quid novi oppidanis attulit?
32. Quid igitur Betulienses egerunt?
33. Quid Assyrii exeuntibus Betuliensibus illudentes dixerunt?

Jud. XIV Quos cum conspicerentur Assyrii eis
 11. illudentes mures ex suis cavernis
 3. egressos dixerunt, atque ad Olofer-
 nis tabernaculum tumultuantes stre-
 12. pitum ediderunt de industria illius ex-
 citandi gratia, (34) dum eum Judi-
 13. tham in amplexibus tenere, & cum
 ea dormire suspicabantur. (35) In-
 trogressi tandem in tabernaculum, in-
 venerunt quidem sui imperatoris trun-
 xv, 1. cum, sed caput a Juditha subductum
 animadverterunt. (36) Hac re audita
 8. 9. milites castris relictis diversi fugere
 14. cœperunt, (37) & Betulienfes tan-
 tam in Assyriorum castris prædam ce-
 perunt, ut ea triginta diebus vix pos-
 set distribui. (38) Achior Ammonita
 xiv, 6. verum Deum agnovit, atque Judæo-
 rum sacris se addixit; (39) & Juditha
 xvi, 1. exorsa est carmen, Deumque suum
 laudavit.

34. Quid de Oloferne cubitu non surgente suspi-
 cabantur?

35. Quid in tabernaculo illud ingressi invenerunt?

36. Diutiusne urbem in obsidione renuerunt?

37. Prædamne opimam fecerunt Betulienfes in
 Assyriorum castris?

38. Quid Achior statuit?

39. Quid Juditha denique exorsa est?



SEN-

SENTENTIÆ UTILES.

I. Sapienter a majoribus dictum est, Dei sapientia & hominum stultitia gubernari mundum.

Olofernes stulte fecerat, nimium cum fe-
nerasset vino. Poculis enim bene
tincto caput abscinditur, & Berulia li-
beratur; unde Dei cognoscitur sapien-
tia.

II. In bello fortissime hosti resistitur precibus.

Nisi precati fuissent Betulienfes, Juditha
utrum tantum facinus edere potuisset,
dubium est.

*III. Maximus cum Deus res gerit, vitur sepe
bominibus non maximis.*

Olofernes non manu fortissimi ducis, sed
imbellis mulieris occiditur.

BONÆ MEDITATIONES.

Obsidione diu conclusa Betulia monstrat,
Esse expectandum, dum Deus ipse ju-
vet.

Per viduam Dominus temulentos territat
hostes,

Cum civis querulus quilibet optat opem,
Non desperabo, cum pestis, bella, fa-
mesque,

Grassantur; Dominus spes mea sem-
per erit.

HISTORIA XLVIII.
DE SENIORIS TOBIÆ
CALAMITATE.

Tob. I. II. & III. Cap.

- Tob. I, 1. (1) **T**obias senior ortus ex tribu Naphthalensi fuit vir magna probitate & dexteritate. (2) Filium habuit unicum, eodem patris nomine appellatum Tobiam, (3) qui a puero ad pietatem fuerat informatus. (4) Degit autem ille in urbe Ninive, postquam eo cum Israëlitis captivus erat deductus. (5) Cum toto animo revereretur Deum, Dei beneficio quoque ei, quo vellet, ire permissum est. (6) Multi popularium ejus captivorum interfecti ne humati quidem sunt. II, 3. (7) Quod si igitur Tobias quendam suorum confanguineorum occisum in quodam urbis vico jacere audiret, ivit

Perspicue Questiones.

1. Fuitne vir probus Tobias senior?
2. Quo nomine appellatus est ejus filius?
3. Quomodo fuerat ille informatus?
4. Ubinam vero degit senior Tobias?
5. Quid ei captivo permissum est?
6. Quid mali ejus captivis popularibus accidit?
7. Quid beneficii Tobias in suos contulit?

noctu

noctu eum sepultum. (8) Accidit vero, ut, cum is aliquando labore defatigatus domum rediret, & cubitum discederet apud parietem dormiturus, (9) avicularum (passerum) stercus calidum in ejus oculos decideret, atque eorum aciem perderet. (10) Cognati primum eum miserum deridentes ita dixerunt: Ubi est spes tua, qua fretus benigne faciebas egentibus? (11) Deinde ejus uxor quodam die domum attulit hædum, (12) cujus balatu audito Tobias eam admonuit, ut, ne sit furtivus, caveret. (13) Qua re adeo excanduit, ut virum propter miseriam quotidie probris incesseret. (14) Tandem Tobias mortem, quam vitam, potiorem existimans Deum edito ploratu, ut sibi animum eriperet, rogavit. (15) Fuit vero

Tob. II,
10.

11.

14.

15.

20.
21.

22.

III, 6.

7.

8. Quo cubitum discessit Tobias domum rediens?

9. Quid passerum sive hirundinum demiserunt?

10. Quid cognati cæco fecerunt viro?

11. Quid Tobie uxor domum attulit?

12. Quid Tobias audito hædi balatu dixit?

13. Fuitne admonitio grata uxori?

14. Quid miser ille Tobias Deum rogavit?

15. Quisnam alius captivus Ecbatanis fuit?

Ec-

Ecbatanis in Mediæ regione alius capti-
 vus Israëlita nomine Raguel, (16)
 unicam habens filiam nomine Saram
 Tob. III, vocatam. (17) Ea quidem septem
 8. fuerat elocata viris, (18) qui tamen
 finguli a maligno dæmone Asmodæo
 9. prima nocte erant interfecti. (19)
 Quod illi ancilla domi patris expro-
 10. brans sic dixit: (20) Cur tuos viros
 interimis? visne eodem me modo in-
 12. terficere? (21) Hoc audito oppro-
 brio Sara in cubiculum ascendit, tri-
 duoque jejunans & assidue plorans a
 16. Deo, (22) ut se ab ista liberaret
 13. contumelia, petiit. (23) Precum fa-
 ctura finem his verbis Deum lauda-
 23. vit: O Deus, post tempestatem tran-
 quillum facis, & post lacrymas & fle-
 25. tum lætitiā abunde affers. (24)
 Ita precata est Sara eadem hora Ec-
 batanis, qua in oppido Ninive To-

16. Quot ille habuit liberos?

17. Quotnam viris Sara fuerat elocata?

18. Ubinam gentium erant illi viri?

19. Quis illi eam rem exprobravit?

20. Quid ei ancilla temere dixit?

21. Quid Sara postea fecit?

22. Quidnam a Deo petiit?

23. Quid Sara precum factura finem dixit?

24. Quis eadem hora in urbe Ninive oravit?

bias mori optaret. (25) Atque eodem tempore preces amborum, licet longe inter se abessent, exauditæ sunt, (26) Angelusque Raphaël, qui utriusque mederetur malo, missus est.

Tob. III,
24.

25.

25. Cujusnam preces exauditæ sunt?

26. Quisnam Angelus de cælo eis missus est?

SENTENTIÆ UTILES.

I. Tobias filium a puero ad pietatem erat adhortatus, informaveratque.

Si quis velit bene moratos habere liberos, eos tenera cum sint ætate, non quemadmodum molliter & delicate, sed quemadmodum sobrie & pie sit vivendum, doceat, necesse est.

II. Sara cum conumeliis afficeretur, ea de re apud Deum est conquesta.

Recte sic agitur. Probra enim probris rependere, a verorum Christianorum moribus quam longissime debet abesse.

III. Tobias cæcus sibi obitum exoptavit, Deus vero ei visum restituit.

Idem ille Deo mos est, cum res terrestres ab eo efflagitamus. Preces, si Deo quidem confidimus, semper audiuntur, non vero omni tempore, quæ volumus, accipimus; sed Deus, quæ ejus est sapientia atque benignitas, sæpe alia, & non raro meliora, quam quæ petimus, nobis distribuit.

BONÆ MEDITATIONES.

Expertus probus est sua fata sinistra Tobias,

At non deflexit de pietate sua,

Sæ-

Sæpe, supreme Deus; tibi verba precantia fundo,
 Infelix ne sim sicut & ille fuit.
 Sed si scire, fida qua sim, vis, objice molem,
 Sim licet afflictus, te tamen usque colam.

HISTORIA XLIX. DE TOBIÆ IUVENIS ITINERE.

Tob. IV, V, & VI, Cap.

Tob. 1, 16. 17. IV, 21. (1) Tobias senex decem argenti talenta mutuo dederat (2) homini in Ragenfi Mediæ provincie, cognatione sibi propinquo, nomine Gabeli, (3) qui chirographum dederat. V. 3. (4) Ad quem cum pater filium suum Tobiam proficisci, & pecuniam ab eo repetere vellet; (5) hic egressus est ad quærendum fidelem hominem, qui

Perspicua Quæstiones.

1. Quantum pecuniæ mutuo dederat senex Tobias cuidam consanguineo?
2. Quonam nomine vocatus est ille debitor?
3. Acceperatne Tobias a debitore chirographum?
4. Quem Tobias repetitum pecuniam mittere voluit?
5. Quid igitur quæsit juvenis Tobias?

se-

secum in Mediam proficisceretur, (6) Tob. V,
5.
 invenitque elegantem juvenem accin-
 ctum ad iter (7) 6. Raphaëlem Ange-
 lum, quem Deus, ut esset itineris
 comes, de cælo miserat. 8. Ignora-
 vit autem Tobias esse Angelum, cum
 eum hominis speciem habere videret.
 (9) 8. Alloquens ergo juvenem quæsi-
 vit, nossetne viam, qua eatur Ragem?
 (10) 9. Cui Angelus respondit, se sæpe
 quidem illic fuisse, seque aliquando
 usum fuisse Gabelis hospitio. (11) 10.
 Quo sermone Tobias juvenis valde
 delectatus est, cum eundem nominari
 audiret Gabelem, a quo pecunia esset
 poscenda; (12) 11. quare ocyus rem
 patri enuntiatum ivit. (13) 12. Arcellit-
 tus Angelus, & ad Tobiam senem in-
 gressus: Salve, divine vir, inquit.
 (14) 13. At cæcus ille ita respondit: Qui

6. Quem invenit comitem?
7. Quisnam fuit ille juvenis?
8. Cognovitne cum Tobias?
9. Quid ex eo quæsit juvenis Tobias?
10. Quid Angelus respondit?
11. Delectatusne est Tobias ea responsione?
12. Cuinam eam rem Angelum relinquens enun-
 tiavit?
13. Quibusnam verbis salutavit Angelus senem
 Tobiam?
14. Quid cæcus ille respondit?

- Tob. V, possum salvus esse, qui oculis captus
 14. sedeo cæcus in tenebris? (15) Cui
 Angelus: Bono animo esto, inquit,
 24. Deus te propediem sanabit. (16)
 Omnibus igitur, quæ ad profectio-
 nem requiri videbantur, paratis, filius
 23. patrem matremque osculatur. (17)
 Pater quidem tranquillo animo filium
 dimittens ita dixit: Proficiscimini bona
 cum pace, Deus vos sospites & ducat,
 & reducat, & vobis hoc iter ductu
 25. Angeli prosperet. (18) Mater vero,
 quod deliciæ, quibus ætate jam pro-
 vecta maxime cuperet frui, dimitten-
 VI, 1. dæ erant, acerbissime flevit. (19)
 Tobias igitur & Angelus digressi sunt
 2. comitante cane ex patris domo. (20)
 Cum iter unius diei fecissent, Tobias
 juvenis accessit ad flumen Tigrim lau-
 turus pedes. (21) Ubi eo pervenit,
 exiit repente piscis quidam immanis
 3. de flumine ad eum devorandum. (22)
15. Quomodo eum Angelus consolatus est?
 16. Quid juvenis abiturus agit?
 17. Quidnam ei pater precatus est?
 18. Quid vero mater fecit?
 19. Quis eos comitatus est?
 20. Quid sibi voluit Tobias ad flumen accedens?
 21. Quid exiit ex flumine?
 22. Quid Tobias comiti dixit suo?

Tum perterritus Tobias advocans comitem exclamare voce magna: Invidit me, domine. (23) Et Angelus: ^{Tob. VI.} Cape, inquit, piscem branchiis, & ad te extrahe. (24) Cumque ille cepisset, & piscis in terram extractus ante pedes palpitaret; (25) divide medium, dixit ei Angelus, & cape cor, jecur & fel, quæ omnia penes te reponas. (26) Tobiā interroganti, quis harum piscis partium sit usus? (27) respondit Angelus, eas esse ad dæmonicos spiritus fugandos & ad albuginem oculorum sanandam idoneas. (28) Iter cum pene confecissent, Tobias cœpit esse sollicitus, quonam diverterent? (29) Cui dixit Angelus ita: Divertemur ad Raguelem, qui habet unicam filiam forma præstantem, nomine Saram: Tibi debetur ejus omnis hæreditas, siquidem is tibi filiam suam dabit in matrimonium.

23. Quid Angelus ei suavit?
24. Cepitne Tobias piscem?
25. Quidnam de pisce Angelus Tobiā mandat?
26. Quid Tobias interrogavit?
27. Quid Angelus ei respondit?
28. Qua de re Tobias fuit sollicitus?
29. Quid ei aperuit Angelus?

Tob. VI, (30) At Tobias respondit, audisse se,
 15. eam jam septem nupfisse viris, qui
 priusquam venissent in ejus amplexum,
 ab Asmodæo dæmonum rege fuissent
 17. interfecti. (31) Cui Angelus primum,
 in quos dæmon haberet potestatem,
 18. ostendit, (32) videlicet, qui in ma-
 trimonium convenirent, ut expertes
 & immemores Dei, more brutorum
 19. animalium vacent libidini. (33) Dein-
 de eum, quemadmodum dæmonem
 conjugio infestum arceret, docuit,
 (34) suadens, ut prioribus tribus ma-
 20. trimonii diebus vacaret precibus, (35)
 atque piscis jecore prunis imposito fa-
 ceret suffitum; tum enim in eum dæ-
 monem habiturum nullam esse pote-
 statem.

30. Quis scrupulus Tobiam urfit?

31. Quid suo sermone Angelus ostendit?

32. In quosnam conjuges dæmonem habere
 dixit potestatem?

33. Quid Angelus eum porro docuit?

34. Quidnam suavit de ineundo matrimonio?

35. Quomodo dæmonem conjugio infestum pel-
 lendum dixit?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Angelus Raphael forma elegantis juvenis adfuit.*

Unde patet, Angelos, qui corporei &
 adspectabiles non sunt, posse pauli-
 sper hominis formam induere.

II. See

II. Senex Tobias filio profecturo prospera precatus est.

Majore ergo laude dignus est, quam parentes ii, qui irati in liberos omnia maledicta conferunt.

III. Cæcus Tobias dixit, se, cum in tenebris sedendum sit, saluum & lætum esse non posse.

Cujus miseriam memores Deo, quod nobis oculos, aures, intellectum & sensus dederit, & jam conservet, quotidie gratias agamus.

BONÆ MEDITATIONES.

Instar custodis præsens est Angelus illis,
Cum Tobia parili qui pietate vident.
Verum qui gaudent pravis ridentibus æquum,

Accipiunt socium dæmona forte malum.

Ergo vias Domini quæram, dum vixero, semper,

Angelus ut sanctus possit adesse mihi.

HISTORIA L.
DE TOBIÆ IUVENIS MATRIMONIO.

Tob. VII, VIII, IX, X & XI Cap.

(1) Tobias, ubi Ecbatana pervenit, Tob. VII
divertit ad Raguelem con- 1.
sanguineum suum; (2) qui cum eum 2.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Ad quem juvenis Tobias divertit?
2. Quemadmodum Raguelem eum accepit?

comiter accepisset, (3) sic uxorem clam allocutus est: Quam similis est hic juvenis Tobiae fratri meo? (4) 3. Hospes ergo, undenam essent? quaesivit; (5) cui illi responderunt: Sese esse ex captivis, qui habitarent in urbe Ninive. (6) Id ut audivit Raguel, statim, valeretne Tobias senex? 4. interrogavit. (7) Cui Angelus ita dixit: Is vir, de quo quaeris, juvenis istius pater est. (8) Hic Raguel in Tobiae complexum accurrit, & osculans eum: Jovam tibi precor secundum, inquit, fili: Nam ex viro bono & probato natus es. (9) Uxor vero & filia Raguelis praegerant gaudio fleverunt. 5. (10) Raguel convivium mactato arietate paravit; (11) Tobias vero ante cibum sumere noluit, quam ejus precibus Raguel reliquisset locum. (12) 6.

3. Quid Raguel uxori suae dixit in aurem?
4. Quid igitur Raguel hospes quaesivit?
5. Quid ei illi responderunt?
6. Quidnam interrogavit Raguel?
7. Quid Angelus respondens dixit?
8. Quid Raguel consanguineo suo fecit?
9. Quid uxor & filia Raguelis egerunt?
10. Quemnam Raguel hospitibus honorem habuit?
11. Quid curae potissimum fuit Tobiae?
12. Quid Tobias a Raguele petiit?

Petiit autem, ut sibi Sara filia in conjugium traderetur. (13) Raguel isto Tob. VII
sermone non parum turbatus est, ve- 11.
rens, ne Tobiae idem, quod septem 12.
illis viris, eveniat. (14) Angelus ve- 15.
ro eum ita alloquitur: Homini reli-
gioso filia tua debetur in matrimo-
nium, ideoque ea potiri nemo alius
potuit. (15) Quod ubi pater audivit,
prehendit Saram, ejusque manum To-
biae manui applicans dixit ita: (16)
Deus Abrahami, Isaaci & Jacobi vo-
bis adsit, animos vestros jungat,
& sua erga vos benignitate utatur.
(17) Cum se deinde Tobias primum VIII, 16
cum sponsa in cubiculum reciperet,
fugavit in primis malum daemone-
m Asmodaem. (18) Nam jecur piscis 2.
in thuribulum imposuit, suffitumque
fecit. (19) Quo nidore olfacto, Af- 3.
modaemus ad Aegypti extremitatem fu-
git, ubi eum Raphaël Angelus colli-

13. Quid Raguel veritus est?
14. Quemadmodum eum alloquitur Angelus?
15. Quid consilii cepit Raguel?
16. Quid Raguel dixit?
17. Quid sponsus in primis curavit?
18. Quonam modo fugavit daemone-
m?
19. Quid Angelus daemone fecit?

Tob. VIII, 4. 6. gavit. (20) Postea novi conjuges tribus diebus, ut Deus eis in conjugio esset auxilio & tutelæ, suppliciter orarunt. (21) Tobias enim ita agebat: Nos sumus sanctorum progenies, nefas est, ita conjungi nos, ut ignaræ Dei gentes solent. (22) Raguel interim noctu sepulcrum effodiendum curavit, (23) suspicans Tobiam ab eodem malo dæmone iri interemtum (24) Misit ergo ancillarum unam in cubiculum, quæ videret, an sponsus adhuc esset vivus? (25) Quæcum ambos simul salvos suaviter cubantes offendisset; (26) Raguel ejusque uxor Deo maximo miras gratias egerunt, (27) atque famulis suis, ut sepulcrum obducerent ante diluculum, mandarunt. (28) Angelus Raphaël interim sumto chirographo Ragem domum Gabelis ire contendit,

20. Quid novi conjuges egerunt?

21. Cur id fecerunt?

22. Quid interim effodiendum curavit Raguel?

23. Quamobrem effossum est sepulcrum?

24. Quid ancilla mittitur visum?

25. Quid ancilla nuntiavit?

26. Quid Raguel, accepto læto nuntio egit?

27. Quis usus tum fuit sepulcri?

28. Quo interim Angelus ire contendit?

(29)

(29) & rediens pecuniam attulit, & adduxit Gabelem, qui veniens eorum nuptiis congratulatus est, Deumque collaudavit. (30) Post nuptiarum epulas Raguel filiae suae suarum facultatum partem dimidiam tradit, (31) atque ei data syngrapha, si ipse ipseque uxor diem obiissent supremum, reliqua tribuit. (32) Divitiae vero ejus erant servi, ancillae, pecudes, cameli, boves & argentum. (33) Cum Tobias discederet, parentes filiam osculando complexi sunt, eamque quatuor praecipis datis dimiserunt. (34) Videlicet adhortati sunt, ut focerum & socrum loco parentum suorum magno in honore haberet, (35) maritum diligeret, (36) familiam regeret, (37) seque ipsam inculpata praestaret. (38) Cum essent in

Tob. IX, 8.

23.

X, 11.

13.

13.

XI, 3.

- 29. Accepitne Angelus pecuniam?
- 30. Quid dotis Raguel dat filiae?
- 31. Quid post mortem suam tribui vult filiae?
- 32. Quanam ejus erant divitiae?
- 33. Quid parentes filiae emigranti dederunt?
- 34. Quodnam fuit primum monitum?
- 35. Quodnam alterum?
- 36. Quod tertium?
- 37. Quod quartum?
- 38. Quonam proficiscuntur ordine?

via, Tobias cum Angelo antecessit,
subsequentibus uxore nova, servis,
hominibusque reliquis.

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Angelus dixit, Saram destinaram esse Tobiam
ob ejus religionem atque pietatem.*

Recte ab antiquis dictum est: Connubia
esse fatalia, eaque in cœlo conjuncta
in terris celebrari.

II. *Raguel juvenem Tobiam sic alloquitur: Tu
ex viro bono & probo natus es.*

Laudi hoc majori homini ducitur, quam
cum ajunt: Pater & mater sunt nul-
lius frugis; ergo verendum, ne, qua-
lis fuerit parens, talis etiam sit filius.

III. *Tobias & Sara, cum inirent matrimonium,
oraverunt Deum.*

Quodsi omnes matrimonia contrahentes
hoc imitarentur exemplum, in multo-
rum ædibus plus foret fortunæ, in-
crementi, delectationis.

BONÆ MEDITATIONES.

Obtingit mulier large dotata Tobiam,
Accipit & fido pectore Sara virum.
Divitias magnas pietas est ferre parata;
Suntque boni, Dominus queis bona
multa dedit.
Isthoc exemplo mihi sit: Nunc esse stu-
debo,
Sic etiam felix in pietate mea.

HISTORIA LI.
DE IUVENIS TOBIÆ REDITU.

Tob. X, XI, XII, XIII & XIV Cap.

(1) Tobias pater interim domi filii Tob. X. 1.
 reditum vehementer exspectavit & desideravit. (2) Cumque 2.
 ille exacta, quam constituerant, peregrinationis die, non veniret, veritus est, ne forte Gabel debitor sit mortuus. (3) Mater vero præter modum lugens respuit omnem consolationem, (4) & in vias singulis diebus exivit, ut, num filius veniret, specularetur. (5) Cum igitur ad viam sederet, vidit, qui fuerat viæ comes, canem præcurrentem, & cauda lætum blandientem. (6) Filius tum venit XI. 6.
 una cum Angelo, quocum erat profectus. (7) Tobias cæcus surrexit obviam iturus filio, lapsus autem a ser- 9.
6.
10.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid Tobias pater domi egit?
2. Quidnam ille est veritus?
3. Quemadmodum mater filii diuturnam tulit absentiam?
4. Quo exivit bona mulier quotidie?
5. Quisnam fuit præcursor?
6. Quis secutus est?
7. Quid adversi accidit patri?

- Tob. X, vo tollitur & ducitur. (8) Filium accurrentem & flentem parentes flentes præ gaudio complexi atque osculati sunt. (9) Cumque paulisper confedissent, filius piscis felle oculos patris illevit. (10) Deinde postquam expectatum erat dimidiam circiter horam, ex oculorum angulis deciderunt quædam squamæ membranæ ovi similes, & fugiente albugine sanatus est.
- XII, 16. (11) Propterea non tantum Tobias ejusque cognati, sed & omnes, ad quorum aures id pervenerat, Deo grates egerunt. (12) Post septem dies venit & nova uxor cum magnis divitiis.
18. (13) Omnes tum consanguinei convenerunt eis gratulandi causa, (14) nuptiæque septem diebus jucunde celebratæ sunt ab omnibus. (15) Tobias senex post cum filio deliberat, quid pro opera præstita comiti itine-

8. Quonam modo accipiunt parentes filium?
9. Quid filius patri fecit?
10. Sanatusne est Tobias?
11. Quis propterea gratias Deo egit?
12. Quando vero uxor nova venit?
13. Quidnam consanguinei fecerunt?
14. Quamdiu hospites adfuerunt?
15. Quid Tobias cum filio deliberat?

ris rependerent. (16) Filius comme- Tob. XI.
 morans, quæ sibi ab eo fuissent exhi- 2.
 bita beneficia, suavit, ut ei dimi- 5.
 dium pecuniæ illinc allatæ detur. (17) 7.
 Angelus vero nihil accipere voluit, 18.
 sed tantum Deo pro beneficiis gratias
 agi jussit. (18) Tandem, quis sit, ape- 11.
 rit, dicitque se esse Raphaëlem An- 15.
 gelum, unum de septem principibus,
 qui ad majestatis solium famulentur.
 (19) Quibus rebus auditis illi magno 16.
 timore permoti in faciem procide-
 runt. (20) At Raphaël: Bene vobis 17.
 se res habet, inquit, omittite timo-
 rem; Dei enim voluntate veni. (21)
 Discessurus Angelus Tobiae seni ita
 dixit: Quia tu acceptus eras Deo, 13.
 non potuit fieri, quin tentaretur tua
 pietas, & probaretur. (22) Quibus 21.
 dictis Angelus in cœlum adscendit, ne-

16. Quidnam filius suavit?
17. Accepitne Angelus quicquam?
18. Aperitne Angelus, quis sit?
19. Quomodo affecti sunt homines?
20. Quibusnam verbis eos consolatus est An-
 gelus?
21. Quodnam præclare dictum abiturus com-
 mendat seni?
22. Quo se recepit tandem Angelus?

que

- Tob. XI, que postea cuiquam apparuit. (23)
22. Tum illi per tres horas humi jacentes Deo gratias egerunt, ejusque mirabilia facta prædicaverunt. (24) Postea Tobias senior annos quadraginta duos superstes fuit, (25) moriensque filio suo, ut Ninivem relinqueret, præcepit. (26) Nam mihi persuasi, inquit, Ninivem, quemadmodum Jonas vates de ea prædixit, eversum iri. (27) Quare filius parentibus mortuis ad Raguelem socerum suum & socrum migravit, (28) quorum diligentem habuit curam, eorumque mortuorum compressit oculos. (29) Omnia igitur, quæ Raguel habuerat, hæreditate accepit. (30) Contigit & ipsi, ut videret filios & filiorum natos. Ejusque posterii cum vitæ integritati & probitati studerent, & Deo in cœlis, &

23. Quid boni homines fecerunt?

24. Quot annos postea vixit Tobias senior?

25. Quid moriens filio præcepit?

26. Cur jubet Ninivem relinquere?

27. Quo juvenis Tobias migravit?

28. Observavitne socerum suum & socrum?

29. Quidnam Tobie a socero hæreditate relictum est?

30. Quænam fors fuit ejus posterorum?

hominibus eam regionem incolentibus, fuerunt grati atque accepti.

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Post Tobie dulcem reditum consanguinei primum Deo gratias egerunt, deinde lati celebrarunt nuptias.*

Pari ratione licet quidem cum bonis amicis convivari, sed memores quoque ut fimus Dei, æquum est.

II. *Tobias Angelo, qui fidus filii fuerat comes, dimidium dotis tradere voluit.*

Fides pædagogi sunt ejusmodi Angeli puerorum custodes, sed nimis sæpe vilis est, quæ eis datur merces.

III. *Angelus discessurus Tobie seniori dixit, eum non potuisse effugere tentationem, cum fuisset Deo acceptus.*

Crux omnino non aliter habenda est ac ferula patris, quam omnes liberi recte osculantur ita exclamantes:

Ah! quantum prodes tu bona virga mihi!

BONÆ MEDITATIONES.

Luminibus certe est infelicissimus orbis: Accidit hoc Tobie, sed Deus addit opem.

Verum quis misero quæso medicamina præbet?

Dicam, quod mirum: Filius ejus erat. Felices natos hos non nisi jure vocamus, Qui patres caros sic coluere suos.

HIS-

HISTORIA LII.
DE SUSANNA.

Suf. v. 1. (1) **V**ir quidam præclarus Babylo-
nis incola fuit nomine Joa-
2. cimus, (2) qui uxorem habuit nomi-
ne Susannam, (3) formosam in pri-
3. mis, & Domini reverentem, (4) bo-
nisque ortam parentibus & ab eisdem
6. in lege Mosis eruditam. (5) Joaci-
mi domum duo seniores iudices fre-
8. quentabant, (6) qui pulchram Su-
14. fannam deperire cœperunt. (7) Cum
16. utrique suam inter se libidinem con-
fessi essent, convenientes in horto se
15. occultarunt. (8) Susanna igitur in-
grediens hortum sese lautura ignora-
17. vit, quenquam illic latere. (9) Quare
duas pedissequas, quas habebat secum,
19. dimisit, & sola remansit. (10) Egref-

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quis qualisque vir fuit Babylone?
2. Quo nomine ejus uxor appellata est?
3. Fuitne formosa femina?
4. Unde ea pietatis didicerat præcepta?
5. Quisnam hujus viri domum frequentabat?
6. Quæ seniores cepit dementia?
7. Ubinam se adulteri isti occultarunt?
8. Quamobrem Susanna ingressa est hortum?
9. Habuitne quenquam secum?
10. Quid isti veteratores cupiunt?

fis pedissequis, seniores continuo ac- Suf.v.20
 currunt, atque cum Susanna coire
 cupiunt. (11) Sed ea abhorrens a 23.
 tanto flagitio magnum clamorem su- 24.
 stulit. (12) At seniores ambo contra
 ita occlamare, ut famuli & ancillæ 26.
 audito clamore accurrerent. (13) Po- 29.
 stridie innocens Susanna adducitur in
 iudicium. (14) Cum autem ea esset 31.
 delicatissima & specie formosissima, es- 32.
 setque velata; (15) illi eam conscen-
 lerati iusserunt detegi, ut ex ejus pul-
 chritudine fructum oculorum cape-
 rent. (16) Tum duo illi seniores ma- 34.
 nibus Susannæ capiti impositis dixe-
 runt, vidisse se juvenem in horto, qui 37.
 cum ea concubuisset, (17) eumque, 39.
 antequam potuisset comprehendi, au-
 fugisse. (18) Innocens quidem Su- 42.
 fanna se sibi nullius sceleris esse con-
 sciam clamitat, invocatque misera

11. Placuitne ei consilium?
12. Quid turbæ factum est?
13. Quo res delata est?
14. Quomodo ornata fuit Susanna veniens ad
judices?
15. Quid iudices velatæ fieri iusserunt?
16. Quo ea crimine accusata est?
17. Quidnam juvenem fecisse dixerunt?
18. Qui causam suam dicit Susanna?

Deum

Sus.v.41 Deum vindicem : (19) at senioribus
 & iudicibus a conventu habita fides,
 44. & Susanna capitis damnata est. (20)
 45. Ejus vero vocem audivit Deus, ex-
 citavitque animum juvenis cujusdam,
 cui nomen erat Daniel. (21) Cum
 igitur ea duceretur ad necem, ille
 magna voce exclamavit in hunc mo-
 46. dum : In hujus sanguine ego me ex-
 50. tra omnem culpam pono. (22) Cu-
 jus sermone audito omnis populus ce-
 leriter revertitur, & duo illi falsi te-
 51. stes vocantur in iudicium. (23) Da-
 niel disjungi eos iussit, ut quisque
 52. pro se seorsim responderet. (24) Quo-
 54. rum alterum cum evocatum interro-
 garet; sub quam arbore Susannam
 & juvenem congregari vidisset? (25)
 55. ille : Sub lentisco inquit. (26) Et
 Daniel : Probe, inquit, in caput tuum

19. Quam lata est sententia?

20. Quisnam ejus sollicitudini subvenit?

21. Quid Daniel exclamavit?

22. Quid populus sermone Danielis audito
facit?

23. Quid Daniel, antequam quaestio haberetur,
fieri iussit?

24. Quid alter testis interrogatus est?

25. Quidnam primus respondit?

26. Quid vero Daniel ait?

mentitus es. (27) Deinde alter testis ^{Suf. v. 56}
 a Daniele quæsitus, sub qua eos ar- 58.
 bore congregantes deprehendisset?
 (28) sub ilice, inquit. (29) At Da- 59.
 niel: Tu quoque probe, inquit, in
 tuum caput mentitus es. (30) Hic 60.
 vero universus conventus clamorem
 efferre Deo gratias agendo, qui sibi
 confidentes fervet. (31) Duo igitur 62.
 illi adulteri vetuli pro falsis testibus
 habiti confestim ex lege Mosis ne-
 cati sunt.

27. Quidnam ex altero teste quæritur?
 28. Quid iste testatur?
 29. Quid vero Daniel respondet?
 30. Quid populus re sic dijudicata egit?
 31. Quanam præna affecti sunt duo isti nebu-
 lones?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Conscia mens recti famæ mendacia ridet.*

Castæ Susanna maximi flagitii arguitur,
 innocentia tamen ejus innotescit, in-
 venitque præsidium.

II. *Parentum est, ueros in Domini disciplina ac monitis educare.* Eph. VI. 4.

Susanna consequitur non magis venusta-
 tis, quam pietatis laudem: At ea quo-
 que dicitur bonos parentes, a quibus
 in lege Mosis sit erudita, habuisse.

III. *Boni advocati sunt homines in republica valde utiles.*

Nisi Daniel castæ Susannæ causam defen-
 disset, ea innocens morte fuisset multata.

BONÆ MEDITATIONES.

Damnatur capitis Susanna libidinis ex-
pers,

Cum testes audent dicere falsa duo.

Ast æquus Daniel non horret dicere cau-
sam;

Hinc tangit contra pœna parata reos.

O Numen verax, mihi sint tua dogmata
curæ,

Nec verbum mendax excidat ore meo!



DE ZACHARIA SACRDOTI

Quinquaginta duæ

HISTORIÆ SACRÆ

ex

Novo Testamento

delectæ.

1. Quo tempore vixit Zacharias.
2. Quomodo eius nomen.
3. Quomodo nomen se gerentem.
4. Quomodo eum nomen habebat.
5. Annon potuit eum pro se habere.
6. Quomodo nomen Zacharie in templo apparet.
7. Quomodo nomen eius in templo apparet.
8. Quomodo nomen eius in templo apparet.

HISTORIA I.
DE ZACHARIA SACERDOTE.

Luc. I. Cap.

Luc. I. 5. (1) **B**revi ante natalem Christi diem
 5. vixit sacerdos quidam senex
 dictus Zacharias, (2) cujus uxor erat
 Aarone prognata nomine Elisabeta.
 6. (3) Erant autem ambo apud Deum
 justi, sese in omnibus Domini præ-
 ceptis ac institutis gerentes inculpa-
 7. tos. (4) Sed, quod illos domi male
 habebat, non erant eis liberi. (5)
 Cum & ambo ætate jam essent pro-
 vecta, nullam, ut natura ferebat, po-
 9. terant spem habere prolis. (6) Ubi
 11. aliquando Zacharias suffivit in templo,
 apparuit ipsi Domini Angelus Gabriel.
 12. (7) Quo viso turbatus Zacharias, &
 13. timore perculsus est. (8) Sed eum sic
 allocutus est Angelus: Ne metue
 Zacharia: Nam exauditæ sunt tuæ

Perspicuæ Questiones.

1. Quo tempore vixit sacerdos Zacharias?
2. Quænam ejus erat uxor?
3. Quomodo ambo se gerebant?
4. Quid eos male habebat?
5. Annon poterant spem prolis habere?
6. Quis interea Zachariæ in templo apparuit?
7. Turbatusne est Zacharias Angelo viso?
8. Qua ratione consolatus est eum Angelus?

pre.

preces; (9) & tua conjux Elisabeta tibi filium pariet, quem Joannem nomine vocabis. (10) At Zacharias: Luc. I, 13
 Unde, inquit, istud cognoscam, cum & ego sim senex, & uxor mea jam grandis natu? (11) Angelus respondit: Hoc sic habeto, te fore mutum, 20
 & loquendi impotem, donec hæc evenerint; quoniam meis dictis non credidisti. (12) Quo pacto Zacharias mutus egrediens ex templo conticuit usque ad diem filii Joannis natalem. 22.
64

9. Quid Angelus ei confirmavit?
10. Quid Zacharias dixit?
11. Quid Angelus respondens significavit?
12. Numnam, quod Angelus prædixerat, accidit?

SENTENTIÆ UTILES.

I. Probo sacerdoti optime convenit cum sacerdote proba.

Ejusmodi egregium par conjugum est Zacharias & Elisabeta: Ambo justi erant coram Deo.

II. Conjuges probi non facile carent malo domestico.

Sic Zachariæ & Elisabetæ non fuerunt liberi; quæ res sine dubio, ut sæpe ingemiscerent, Deumque precibus fatigaret, effecit.

III. In piis interdum imbecillitas fidei deprehenditur.

Zacharias sacerdos prius Angelo fidem habere noluit, quam signum vidisset.

BONÆ MEDITATIONES.

Hic testante Deo vitam sine crimine ducunt

Zacharias nec non Elisabeta parem.

Cum mulier nubit sapienti casta marito,

Hoc quid conjugio dulcius esse potest?

Si mihi forte torum Numen concedat adire,

Faxit, ut in thalamo sit probus atque proba.

HISTORIA II.
DE ANNUNTIATIONE
MARIÆ.

Luc. I Cap.

- Luc. I, 26 (1) **M**ense sexto, postquam Elisabeta conceperat, missus est a Deo Angelus Gabriel ad virginem Mariam; (2) quæ incolebat oppidum Galilææ nomine Nazaretam. (3) Ad quam ingressus Angelus his eam salutavit verbis: Salve accepta, cui Dominus adest, quæque es mulierum fortunatissima. (4) At bona virgo eo
- 27.
- 28.
- 29.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quando Angelus Gabriel ad virginem Mariam est missus?
2. Quodnam virgo Maria oppidum incolebat?
3. Quibus eam verbis Angelus salutavit?
4. Quid ea cogitabat?

vifo,

vifo, ejus fermone non parum turbata cogitabat, qualis effret ea falutatio. (5) Angelus vero blande eam ^{Luc. I, 30} ita compellat: Ne metue Maria; nam propitium habes Deum. (6) Quo facto Angelus ei prædixit, fore, ut filium Dei pareret. (7) Utero enim, ^{32.} inquit, concipies, pariesque filium, quem Jefum nomine vocabis. (8) ^{31.} Maria, ignorans, quid innueretur: Quo pacto fiet illud? inquit Angelo, cum ego virum nesciam? (9) ^{34.} Angelus vero rem fic verbis declaravit: Te Spiritus Sanctus invadet, & Supremi vis inumbrabit; itaque sanctus ille partus dicetur Dei filius. (10) ^{35.} Fidem denique confirmavit exemplo cognatæ Elifabetæ, quæ in fenectute fua concepiffet filium, cum tamen fterilis diceretur. (11) ^{36.} Sermonem Angelus finivit egregio illo verbo: Nul- ^{37.}

5. Quid folatii dat ei Angelus?
6. Quid Angelus ei prædixit?
7. Quæ præcipua ejus funt verba?
8. Quid Maria ad nuntiam improvifum refpondit?
9. Quomodo Angelus rem declaravit?
10. Qua tandem re Angelus fidem confirmavit?
11. Quo verbo Angelus sermonem fuum finivit?

la res est, quam Deus facere non
Luc. I, 38 possit. (12) Et Maria Deo illud quasi
responsum reddidit: Ecce me Domini
servam, eveniat mihi ita, ut tu dixisti.

12. Quid Maria per Angelum Deo optimo respondit?

SENTENTIÆ UTILES.

De virgine Maria tres eximias virtutes mulieres possunt discere.

I. *Prima ejus virtus est castitas.*

Maria enim vere de se poterat prædicare,
se viri esse insciam.

II. *Aliera virtus est modestia.*

Maria: Dei sum serva, inquit.

III. *Tertia virtus est patientia.*

Maria enim sic dicit: Eveniat mihi, ut dixisti.

BONÆ MEDITATIONES.

Virtus Mariæ tum non est absque timore,

Cum Christi nomen dat genitricis ei.

Angelus: Ast Domino gratam mox prædicat idem,

Hem sum, dicit ea, fida ministra Deo.

O Deus, injiciunt quantum peccata timorem!

Erige me verbo: Tu quoque carus eris.

HIS-

HISTORIA III.
DE VISITATIONE MARIE.

Luc. I Cap.

(1) **P**ost Angeli salutationem profecta est virgo Maria in montana in urbem Judææ, (2) salutatura cognatam suam Elifabetam; (3) cum ex Angelo audivisset, eam sex menses jam esse gravidam. (4) Erat autem Elifabeta sacerdotis uxor, cujus maritus vocatus est nomine Zacharias. (5) Infans vero, quem tum Elifabeta uterogerebat, erat Joannes Baptista. (6) Maria domum Zachariæ ingressa salutavit cognatam suam Elifabetam. (7) Atque ubi Elifabeta audivit Mariæ salutationem, exultavit infans in ejus utero; (8) repletaque Sancto Spiritu Elifabeta exclamavit magna voce, & inquit: (9) Tu es mulierum feliciss-

Luc. I, 39
40.
36.
5.
13. 60.
40.
41.
42.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quo profecta est virgo Maria?
2. Quem voluit salutare?
3. Quid ita?
4. Cujus uxor erat Elifabeta?
5. Quem infantem utero gerebat?
6. Quid Maria domum ingressa dixit?
7. Quid negotii fuit infanti in matris utero?
8. Quid contigit Elifabeta?
9. Quid dixit Elifabeta Mariæ?

Luc. I, 45 ma, felix & istius ventris fœtus. (10)
 Postremo Elisabeta ita alloquitur Ma-
 riam: O beatam te, quæ credideris!
 46. (11) Quo factò Maria erumpens in
 47. laudes Dei sic fatur: (12) Magnifi-
 cat animus meus Dominum, exful-
 48. tatque mea mens de Deo servatore
 meo. Qui spectaverit humilitatem an-
 cillæ suæ, unde me in posterum bea-
 tam prædicatura sunt omnia secula.
 49. Quoniam mihi magna fecit præpotens
 ille, cujus & nomen sanctum est; &
 50. clementia perennis erga reverentes
 51. eum. Qui fortia patrat brachio suo,
 profligat eos, qui animi fastu insole-
 52. scunt. Deturbat potentes de folio,
 53. humiles extollit. Esurientes bonis ex-
 54. plet, & divites inanes dimittit. Sub-
 venit Isrâëlitis suis clementiæ memor.
 55. Quemadmodum majoribus promiserat
 nostris, Abrahamo & ejus futuræ po-
 56. steritati. (13) Mansit autem Maria
 cum ea circiter menses tres, deinde
 domum revertit.

10. Quibus verbis Elisabeta colloquium finivit?

11. Quid postea Maria facit?

12. Quomodo laudes Dei Maria celebravit?

13. Quamdiu Maria cum Elisabeta fuit?

SENTENTIÆ UTILES.

I. Cognati amicitiam diligenter inter se ut colant,
æquum est.

Mariam & Elifabetam imitari decet, in-
ter quas mutua erat comitas & salu-
tatio.

II. In convictu longe abesse debent nugæ & joci,
christianorum moribus haud convenientes; sed de re-
bus bonis habendus est sermo.

Elifabeta ita alloquitur Mariam: O bea-
tam te, quæ credideris! unde facile
potest intelligi, eis de rebus ad ani-
mi salutem pertinentibus fuisse sermo-
nem.

III. Domini Jesu Christi mater a peccato immu-
nis plane non fuit

In hymno enim suo ita cecinit: Mea mens
exultat de Deo servatore meo.

BONÆ MEDITATIONES.

Cum Maria Elifabet miscet dum verba sa-
lutis,

Colloquium merito dixeris esse bonum.

Sic cum Christicolæ veniunt consortia
visum,

De Christo Domino sermo petendus
erit.

Provideat quivis: Etenim Deus omnia
novit.

Omnis inanis vox absit ab ore meo.

HISTORIA IV.
DE JOSEPHO ET MARIA.

Matth. I Cap.

- Luc. I. 27 (1) **V**irgini Mariæ fuit sponsus nomine Josephus fabri filius; Matth. XIII, 55. (2) qui sibi desponsam uxorem domum deducere nuptiasque celebrare in animum induxerat. (3) Ante vero quam res posset confici, virgo Maria ex Spiritu Sancto uterum ferre est comperta. (4) Josephus quidem justus in eam exemplum edere, atque eam ignominia afficere noluit; (5) statuit autem eam clam repudiare. (6) Quæ cum haberet in animo, Domini Angelus ei in somnis apparuit, & ita locutus est: (7) Joseph, Davide pro- gnate, ne metue adsciscere Mariam uxorem tuam; (8) causam quoque

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quis sponsus fuit virgini Mariæ?
2. Quid Josephus in animum induxerat?
3. Quid fuit impedimento?
4. Annon Josephus propterea adiit magistratum?
5. Quid vero secum statuit?
6. Quodnam visum objectum est Josepho dormienti?
7. Quid locutus est Angelus cum Josepho?
8. Quid interferuit Angelus?

in-

interferens: Quod in ea, inquit, genitum est, ex Sancto Spiritu est. (9) Matth. I. 21. Postrema, quæ Angelus fecit verba, hæc erant: Pariet filium, quem Jesum nomine vocabis: Is enim suos ab ipsorum peccatis vindicabit. (10) 24. Experrectus a somno Josephus fecit, ut ei præceperat Domini Angelus, adscivitque suam conjugem. (11) 23. Quo pacto Maria virgo mansit, ut, sicut vaticinatio erat, eveniret. (12) Vates enim Esaias multo ante ita dixerat: (13) Ecce virgo ventrem latura est, & editura filium, qui nominabitur Emmanuel; quod perinde est, ac si dicas: Nobiscum Deus. (14) Es. VII. 14. Maria vero non penitus mansit cælebs, sed habuit suum sponsum. (15) Matth. II. 20. Quod sine dubio, ut Maria tutorem, & infantulus Jesus haberet nutricium, accidit. (16) Præterea notatu dignum Luc. II. 4.

9. Quamnam Angeli postrema fuerunt verba?
10. Quod Josephus experrectus a somno fecit?
11. Cur Maria mansit virgo?
12. Quis vates hoc prædixerat?
13. Quodnam est Esaiæ dictum?
14. Num vero Maria omnino cælebs mansit?
15. Quamobrem id accidisse existimas?
16. Unde Josephus & Maria fuerunt orti?

quoque est, quod & Josephus, & Maria fuerint orti ex regia Davidis stirpe.

SENTENTIÆ UTILES.

Ex hac narratione præsertim cognoscitur:

I. *Quid nomen Jesu significet.*

Idem scilicet quod servator lapsi generis humani.

II. *Quæ significatio sit nominis Emmanuelis.*

Perinde est ac: Nobiscum Deus, id est, reconciliator & pacator Dei atque hominum.

BONÆ MEDITATIONES.

Emmanuel quid sit, de cælo nuntius adfert;
Nobiscum Dominus. Quod cape, quodque tene;

Hoc pacto nunquam te desperatio perdet,
Auxiliante Deo quis tibi obesse potest?
Cum Domino mundum, cum Numine crimina vincis,
Cum Domino vires dæmonis atque necis.

HISTORIA V.

DE JOANNIS BAPTISTÆ ORTU.

Luc. I Cap.

Luc. I, 57
58.

(1) **E**lisabeta exacto ad pariendum tempore (2) filium genuit.
(3) Et ejus vicini atque cognati au-

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid senescenti jam Elisabetæ obtigit?
2. Quid genuit?
3. Quis congratulatus est ei?

dien-

dientes, quanta Dominus erga eam
 usus esset clementia, congratulaban-
 tur ei. (4) Octavo autem die pue- Luc 1, 59
 rum circumcisum iverunt, (5) eum-
 que patris ejus nomine Zachariam ap-
 pellarunt. (6) Sed contradixit pueri 60.
 mater: Non ita, inquit, sed vocabi-
 tur Joannes. (7) Cui illi: Nullus est, 61.
 inquit, in cognatione tua, qui isto
 nomine nuncupetur. (8) Deinde in- 62.
 nuunt ejus patri, quid eum vellet ap-
 pellari? (9) Ille petita tabella scripsit, 63.
 ejus nomen esse Joannem. (10) An- 13.
 gelus enim ipsi diserte præceperat, ut
 puer Joannes nomine vocaretur. (11) 63.
 Scribentis vero protinus os est aper-
 tum, solutaque lingua, nomen ejus,
 inquit, est Joannes. (12) Id quod mi- 64.
 rati sunt omnes, qui aderant, metu-
 que correpti omnes eorum finitimi.

4. Quando circumcisus est infans?
5. Quo nomine infantem appellarunt?
6. Quid dixit mater?
7. Quid contra cognati dixerunt?
8. Quem voluerunt esse judicem?
9. Quid Zacharias in tabella contignavit?
10. Cur Joannis nomen?
11. Quodnam miraculum simul animadversum
est?
12. Quid ei, qui aderant, dixerunt?

(13)

- Luc. I, 65 (13) Quæ quicumque audierant, in animo reponerant cogitantes, quidnam futurus esset ille puer? (14)
66. Domini enim manus ei aderat. (15)
67. Pater ejus Sancto Spiritu plenus vaticinans insignem hunc cecinit hymnum: Grates Domino Israëlitarum Deo!
- 68.

13. Quid cogitabant homines de puero?
14. Quænam pueri fuit indoles?
15. Quem hymnum Zachari a Domino cantavit?

SENTENTIÆ UTILES

I. *Elisabeta feliciter postquam partum ediderat, congratulati sunt vicini & cognati*

Ita decet laetari nos, cum cognatis & vicinis nostris bene esse videmus

II *Infans recens natus nomen accepit Joannis, quod idem est, ac gratiosus.*

Ergo Christianorum est, infantibus ejusmodi dare nomina, quorum aliqua sit significatio, quorumque occasione iidem, cum sapere incipiunt, aliquam rem bonam meminisse possint.

III *Cum Joannes esset natus, Dominus laudatus & celebratus est propter clementiam matri & infanti exhibitam.*

Itaque Christianis convenit, cum infantes eorum sacro fonte abluuntur, non fastum & luxum, sed Dei laudes curare atque augere.

BONÆ MEDITATIONES.

Infans Joannes cum animo tum corpore crevit;

Namque manus Domini fausta fovebat eum. Af-

Affluſcunt pueri teneris bene moribus
annis,

Quos Dominus manibus ducit alitque
ſuis.

Summe Deus, digitus tuus & me ducat
inertem,

Hic ut virtutis ſit mihi plana via.

HISTORIA VI. DE CHRISTI NATIVITATE.

Luc. II Cap.

(1) **P**er id tempus decretum ab Au- Luc. II, 1
gusto Cæſare eſt promulgatum,
ut cenſeretur totus orbis. (2) Qui 2.
primus cenſus habitus eſt Quirino præ-
tore Syriæ. (3) Igitur cum omnes ad 3.
proſitendum in ſuam quiſque civita-
tem proficiſcerentur, (4) aſcendit 4.
etiam Joſephus ex Galilæa, ex oppido
Nazareta, (5) in Davidis oppidum,
quod Bethlehema vocatur, (6) quod
eſſet ipſe Davidicæ domus atque fa-

Perſpicuæ Quæſtiones.

1. Quodnam decretum ab Augusto Cæſare pro-
mulgatum eſt?
2. Quis cenſus hic erat?
3. Quo quiſque propterea profectus eſt?
4. Unde profectus eſt Joſephus?
5. Quo profectus eſt?
6. Cur in oppidum Davidis?

Q

mi-

- Luc. II, 5 milia, (7) ut profiteretur (8) una cum Maria desponsa sibi uxore (9) pragnante. (10) Accidit autem, ut, dum illic sunt, ea exacto ad parientium tempore (11) filium suum pareret primogenitum, (12) quem fasciis involvit (13) & in praesepi reclinavit, (14) quod eis in diversorio locus non esset.

7. Quid Iosephus sibi voluit Bethlehema?
8. Quocum profectus est Iosephus?
9. Quae Mariae tum erat conditio?
10. Quid accidit Bethlehema?
11. Quid peperit Maria?
12. Quibus rebus involvit puerulum?
13. Quo loco reposuit recens natum Iesum?
14. Cur in praesepi reclinavit?

SENTENTIAE UTILES.

- I. *Census a Caesare Augusto promulgatus est.*
Cananea enim tum sub potestate erat Romani imperatoris.
- II. *Quisque profectus est ad proficiendum.*
Id est, quisque nomen suum, genus, aetatem & facultates professurus ivit.
- III. *Iosephus Nazarethae Bethlehema profectus est.*
Quae urbes circiter duodecim milliaria inter se fuerunt distitae.

BONAE MEDITATIONES.

Numquid te stabulo paterer, mi Christe,
jacere,
Dum constat somno sponda parata meo?
Non

Non patior! Sed propera, mundi servator
amande,

Haud opus est cunis: cor patet, ecce
tibi.

Ni des hoc precibus, nec sis gratissimus
hospes,

Tecum præsepi rite cubare paro.

HISTORIA VII.

DE PASTORIBUS BETHLEHE- MITICIS.

Luc. II Cap.

- (1) **D**ominum Jesum esse natum pau- Luc. II, 8
peribus primo pastoribus nun-
tiatum est. (2) Qui erant in regione 8.
Bethlehemitica excubantes & noctur-
nis vigiliis ovile suum custodientes.
(3) Ut Christus Bethlehemæ in sta- 9.
bulo natus erat, Angelus Domini pa-
storibus astitit, (4) qui Domini splen- 9.
dore circumfulsi magno perterriti sunt
timore. (5) Sed Angelus: Ne, in- 10.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Cui primo nuntiatum est, Christum esse
natum?
2. Ubi erant isti pastores?
3. Quis nuntiavit rem istam lætam?
4. Quo animo tum pastores erant affecti?
5. Quid illis solatii dedit Angelus?

Q. 2

quit,

Luc. II, quit, timete, en ego vobis enim in-
 11. gentem nuntio lætitiã, toti populo
 12. futuram; (6) videlicet vobis hodie
 natum esse servatorem, qui est Chri-
 13. stus Dominus in oppido Davidis; (7)
 atque hoc vobis signum erit: Inve-
 14. nitis infantem fasciis involutum jacen-
 15. tem in præsepi. (8) Et repente ex-
 stitit cum Angelo cœlestium copiarum
 multitudo Deum laudantium & ita di-
 16. centium: (9) Gloria in supremis Deo,
 & in terra pax, erga homines bene-
 17. volentia. (10) Deinde ut ab eis dis-
 cesserunt in cœlum Angeli, (11) pa-
 stores illi cohortati sunt inter se, ut
 Bethlehemam peterent & viderent,
 quid rei accidisset, quod Dominus
 sibi declarasset. (12) Itaque celeri-
 ter profecti invenerunt Mariam & Jo-
 sephum & jacentem in præsepi infan-
 tem. (13) Quo viso prædicarunt,
 quid sibi de puero illo dictum fuisset.

6. Quodnam erat lætum illud nuntium?
7. Quid signi dedit Angelus?
8. Num Angelus erat solus?
9. Quem Angeli hymnum cantarunt?
10. Ubi postremo Angeli manserunt?
11. Quid posthac fecerunt pastores?
12. Quid invenerunt Bethlehemæ?
13. Quid prædicarunt?

(14) Ac quotquot audierunt ea, mirati sunt, quæ a pastoribus fuerant dicta. (15) Maria vero res omnes observabat, cum animo suo perpendens. (16) Redierunt autem pastores Deum celebrantes atque collaudantes.

Luc. II,

18.

19.

26.

14. Quid alii dixere homines?
15. Quid observabat Maria?
16. Quid tandem pastores egerunt?

SENTENTIÆ UTILES.

I. Angelus pastores ita alloquitur: *Vobis hodie servator natus est.*

Hoc nuntio usque ab initio mundi nec quicquam fuisse excellentius, nulli dubitamus affirmare.

II. *Cælestium copiarum multitudo sic cecinit: Gloria in supremis & in terra pax, erga homines benevolentia.*

Qui sine dubio jucundissimus sonorum concentus fuit omnium unquam notu auditorum.

III. *Ut pastores Bethlehemam venerunt, contemplati sunt recens natum puerulum Jesum.*

Quæ contemplatio in orbe merito dici potest omnium gratissima.

BONÆ MEDITATIONES.

Angelus Augusto regique nihil memoravit

De Christo nato. Quid bona fama venit

Ad pastorum aures? Annon erravit eundo?

Non: Domini regno constat & ordo suus.

Quos mundus tollit, Dominus detrudit in orcum,

Quos mundus spernit, tollit ad astra Deus.

HISTORIA VIII. DE CHRISTI CIRCUMCISIONE.

Luc. II, 21. (1) **P**ostquam dies octo ad circumcidendum puerum completi sunt, (2) nuncupatum est ejus nomen Jesus; (3) quod nuncupatum fuerat ab Angelo, priusquam in utero conciperetur.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quando puerulus Jesus circumcisus est?
2. Qui nomen ejus nuncupatum est?
3. Cur ita est nuncupatum?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Puerulus Jesus ex lege Dei circumcisus est.*

Quæ sunt primæ ejus sanguinis guttæ, quas pro nobis effudit. Jesu enim puero, quod ad eum pertinebat, non opus erat circumsectione; quod non sicut alii infantes in peccatis conceptus erat & natus.

II.

II. *Jesus octavo ætatis die infans circumcisus est.*
Hoc modo Deus in Veteri Testamento præceperat; propterea Christiani, quando infantes suos statim post partum sacro fonte tingendos curant, haud perperam faciunt.

III. *Nomen recens nati filii Dei nuncupatum est. Jesus.*

Quod carissimum nomen antiquorum Christianorum more pueris hac ratione poterit explicari:

In Emmanuele Sita Universa Salus,
Salutem Universam Servator Exhibet Jesus.

BONÆ MEDITATIONES.

Haud ullum vincit JESU dulcedine nomen:

Signatur nobis voce parata salus.

Semen fœmineum recte puer iste vocatur,

Qui nobis cunctis monstrat ad astra
viam.

Hoc certe nomen servatum pectore condam,

Nec tandem moriens ore tacebo meo.

HISTORIA IX.

DE MARIE PURIFICATIONE.

Luc. II Cap.

(1) Puerperarum in Veteri Testamento tria erant officia; (2) pri-

Perspicuæ Quæstiones.

1. Puerperarum in Veteri Testamento quot erant officia?

2. Quid primum observandum erat de purificatione?

Lev. XII mum eas aliquot hebdomadas domi
 4. 5. se continere donec dies purificationi
 6. 8. destinati præteriissent, par erat ; (3)
 deinde easdem , cum rursus exirent,
 aut agnum anniculum, aut par colum-
 barum fertum conferre oportebat ;
 Exod. (4) tandem primus partus , si erat fi-
 XIII, 2. lius , Domino sacer dicendus , argen-
 Num. toque redimendus erat. (5) Quæ
 XVIII, 15.
 Luc. II, omnia virgo Maria observavit, filium-
 2. que ex lege Mosis tulit Hierosoly-
 25. mam in templum. (6) Ea ut recens
 natum puerum Jesum Domino stitit,
 ingressus est templum homo nomine
 Simeon, (7) qui homo justus erat &
 religiosus, expectans Israëliitarum con-
 solationem , & Spiritu Sancto prædi-
 26. tus. (8) Huic fuerat Sancti Spiritus
 oraculo dictum , non prius esse mor-
 tem sensurum , quam Domini Chri-
 27. stum vidisset. (9) Is non tam casu,
 quam instinctu Spiritus venit in fa-

3. Quid deinde de fertio?

4. Quid tandem de primo partu?

5. Num hæc omnia Maria virgo observavit?

6. Quis tum ingressus est templum?

7. Dic mihi , qui vir fuerit Simeon?

8. Quid Simeoni Sancti Spiritus oraculo erat dictum?

9. Cujus instinctu Simeon venit in templum?

num.

num. (10) Puerum Jesum simulac in templo vidit Simeon, ipse eum suis
 ulnis excepit, Deoque gratias egit
 his verbis: (11) Nunc dimittis tuum
 me servum, Domine, secundum promissionem tuam placide: Quandoquidem vidi meis oculis salutem tuam, lumen gentibus patefaciendum, & tuorum Israëlitarum gloriam.

Luc. II,
28.

29.

30.

31.

32.

10. Quid puero Jesu fecit Simeon?

11. Quibus verbis Simeon Deo egit gratias?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Simeonis oculos merito fortunatos dicimus.*

Gloriari enim poterat, vidisse se oculis salutem Domini.

II. *Idem Simeon habuit manus felices.*

Puerum enim Jesum Domino statum ulnis excepit suis.

III. *Simeonis tandem cor fuit beatum.*

Erat enim justus & religiosus, Sanctoque Spiritu præditus.

BONÆ MEDITATIONES.

In templo Simeon annosus suscipit ulnis
 Jesum, quem mundi machina ferre
 nequit.

Hoc sequor exemplum: Nam quod facit
 ille ferendo,

Hoc ego suscipio ferre calente fide.

Dum puer ille meis his non amplexibus
 hæret,

Portabo semper pectore fidus eum.

HISTORIA X.
DE VISIONE, QUÆ OBTIGIT
MAGIS.

Matth. II Cap.

- Matth. II
1. (1) **J**esus Bethlehemaë in Judæa na-
to, (2) tempore regis Hero-
dis, (3) venerunt ab oriente magi
2. Hierosolymam, (4) & ubinam esset
Judæorum natus rex? quæsiverunt;
3. (5) sese enim ejus vidisse stellam in
oriente, (6) itaque eum adoratum ve-
nisse. (7) Quibus auditis turbatus
4. una cum tota Hierosolyma rex (8)
convocavit omnes pontifices & scri-
bas populi, (9) sciscitatusque est ab
eis, ubinam Christus nasciturus esset?
5. (10) Cui illi responderunt: Bethle-
hemæ Judææ; (11) sic enim a vate

Perspicua Questiones.

1. Ubi Christus est natus?
2. Cujus regis tempore?
3. Quinam peregrini Hierosolymam venerunt?
4. Quid quæsiverunt illi sapientes?
5. Unde id noverant?
6. Cur quæsiverunt recens natam Jesum?
7. Quo animo id tulit Herodes?
8. Quosnam convocavit Herodes?
9. Quid sciscitatus est ab eis?
10. Quid illi responderunt?
11. A quo vate id didicerant?

Micha scriptum esse: (12) Et tu ^{Mich.V.}
Bethlehema Judææ terra, nequaquam ^{2.}
minima es præfecturarum Judææ; ex te
enim mihi prodibit dux, qui meum
reget Israëiiticum populum. (13) ^{Matth.II}
Tunc Herodes a clam vocatis magis ^{7.}
perquisivit tempus, quo stella appa-
ruisset, (14) eosque Bethlehemam
dimisit ita dicens: (15) ^{8.} Ite & de
puero diligenter inquirete, ac cum
inveneritis, certio rem me facitote,
(16) ut ego quoque ad eum adorand-
um proficiscar. (17) ^{9.} Igitur illi au-
dito rege profecti sunt, (18) ac tum
stella, quam in Oriente viderant, eos
antecessit, donec venit, stetitque su-
pra locum, ubi puer erat. (19) ^{10.} Ma-
gi visa stella maximo gaudio lætati
sunt, (20) & domum ingressi, pue- ^{11.}
rumque cum ejus matre Maria nacti,

12. Quodnam est dictum Michæ vatis?
13. Quid Herodes clam perquisivit a magis?
14. Quo dimisit eos?
15. Quid eis præcepit?
16. Quam Herodes causam finxit?
17. Quid postea fecerunt magi?
18. Quomodo viam invenerunt Bethleheimam?
19. Quomodo visa stella affecti sunt?
20. Quid in ista repererunt domo?

Matth. II
12.

(21) prociderunt, eumque adorarunt,
(22) & apertis suis capsis obtulerunt
ei munera, aurum, thus & myrrham.
(23) Postea oraculo moniti in som-
nis, ne ad Herodem reverterentur,
(24) per aliam viam se receperunt
in patriam. (25) Qui magi ex Orien-
te venientes vulgo tres sancti vocan-
tur reges.

21. Quomodo coluerunt infantem?

22. Quid ei obtulerunt?

23. Quid oraculo magi in somnis sunt moniti?

24. Per quam se receperunt viam in patriam?

25. Quo nomine vulgo isti sapientes peregrini
appellantur?

SENTENTIÆ UTILES.

De magis orientalibus discitur, qua ratione
Dominum Jesum deceat nos colere.

I. *Dominus Jesus nobis quærendus.*

Magi stella duce ad Christum pervene-
runt; nobis Christicolis ad eundem
verbum Dei monstrat viam, qua infi-
stendum.

II. *Dominus Jesus nobis adorandus.*

Magi conspecto Bethlehemaë Jesu proci-
derunt: Nostrum est, ut Jesum aciem
oculorum nostrorum fugientem, & ad
cœlestis patris dextram sedentem ad-
remus.

III. *Dominus Jesus nobis donandus.*

Magi ipsum donabant auro, thure & myr-
ra; nos christiani ipsi fidele, véné-
rabundum & patiens cor offeramus,
accesse est.

BONÆ MEDITATIONES.

Apportant Persæ longinquas ecce per
oras,

Aurum, thus, myrrham, munera, Chri-
ste, tibi.

Talia non possum tibi munera, Christe,
facrare,

Namque est pauperies fat tibi nota mea.
Non tamen hæcce tui mea mens erit im-
memor unquam,

Cumque nihil possim, pectus inane
dabo.

HISTORIA XI.

DE CHRISTI FUGA IN ÆGY-
PTUM, ET DE INNOCENTIBUS
BETHLEHEMÆ ENECTIS PUERIS.

(1) **D**omini Angelus, digressis ma- Matth. II
gis, Josepho in somnis ap- 13.
paret, (2) præcipitque, ut assumpto
puero, ejusque matre fugiat in Ægy-
ptum, (3) atque illic sit, donec ab
Angelo moneretur. (4) Causa, quam-
obrem continuo se in fugam daret,

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid digressis magis accidit?
2. Quid Josepho Angelus præcipit?
3. Quousque Deus eum voluit esse in Ægy-
pto?
4. Quæ causa fuit, cur se continuo daret in
fugam?

fuit

- fuit isthæc : Herodes enim puerum
 Matth. II quærebat ad necem. (5) Josephus An-
 14. geli mandato obsequens surrexit, &
 16. noctu concessit in Ægyptum. (6)
 12. Herodes interea videns, se a magis esse
 16. illusum, (7) non revertentibus illis
 Hierosolymam, ut promiserant, (8)
 adeo iratus est, ut miserit interfe-
 ctum pueros, quotquot Bethlehemaë
 & in toto ejus territorio erant, bimul-
 los & infra bimatum. (9) Puerum
 enim Jesum necessario sic tangi pla-
 ga oportere autumavit; (10) cum,
 natum Judæorum regem plures, quam
 duos annos habere non posse, de ma-
 gis didicisset. (11) Anno sequenti,
 cum rex iste periisset turpi mortis
 19. genere, (12) Angelus Domini actu-
 tum Josepho in somnis apparuit in
 Ægypto, eumque sic est allocutus:
 20. (13) Surge & assumpto puero ejusque
 5. Quid postea fecit Josephus?
 6. Quid interea Herodes vidit?
 7. Qua in re illusus erat a magis?
 8. Quanta puerorum strages est secuta?
 9. Cur Herodes pueros interficiendos curavit?
 10. Cur vero bimulos?
 11. Quando defunctus est Herodes iste?
 12. Ex quo Josephus id audivit?
 13. Quibus verbis Josephum allocutus est An-
 gelus?

matre proficiscere in Israëlitarum terram: Mortui enim sunt, qui pueri vitam petebant. (14) Josephus morem gerens ivit ita præcipiente Deo commoratum in oppidum quoddam Nazareta dictum, ubi deinde Dominus Christus fuit educatus. Matth. II
21. 22.
23.

14. Quo tandem loco Josephus commoratus est?

SENTENTIÆ UTILES.

Ex historia ista responderi potest ad tres quaestiones:

I. *An tempore persecutionis liceat periculum fugere?*

Id quod puer JESUS in Ægyptum fugiens suo comprobat exemplo.

II. *Quinam primi Novi Testamenti fuerint martyres?*

Innocentes nempe pueri Bethlehæmæ, in quorum memoriam dies innocentium puerorum in fastis consignatur litteris.

III. *Utrum Deus omnia præsciat, quæ sunt in orbe futura?*

Deus omnino infantum internecionem, quam Herodes animo meditabatur, præscit; quamobrem Josephum admonuit.

BONÆ MEDITATIONES.

Ægyptum Jesus fugiens ætate tenellus,
Cum genitrice sua, concomitante patre,
Quæritur ad cædem; puerorum millia
cædit

Herodes, sed eum nescit abesse procul.
Quam

Quam valde stygia trux ille palude do-
lebit,

In cœlo pueros lumina salva videns.

HISTORIA XII.
DE JESU PUERO DUODECIM
ANNORUM AMISSO ET
REPERITO.

Luca II Cap.

- Luc. II, (1) **D**omini Jesu parentes quotan-
nis proficiscebantur Hieroso-
lymam festo paschæ. (2) Igitur dum
jam erat annorum duodecim, parentes
ejus eum secum ex more festi Hieroso-
lymam duxerunt; (3) cumque dies
peregissent, eis revertentibus reman-
sit puer Jesus Hierosolymæ. (4) Id
quod ignorantes parentes, eum in co-
mitatu esse rati, postquam iter unius
diei fecerant, cœperunt eum inter
cognatos & familiares conquirere; (5)
eoque non invento reverterunt Hie-

Perspicuæ Questiones ?

1. Quo parentes Jesu quotannis proficiscebantur ?
2. Num Dominum aliquando Jesum secum duxerunt ad festum celebrandum ?
3. Quid revertentibus accidit parentibus ?
4. Ubi eum esse rati sunt ?
5. Ubi conquisiverunt eum parentes ?

rosolymam eum quærentes. (6) Ac- Luc. II,
46.
cidit autem, ut post triduum eum in
fano invenerint (7) inter magistros
sedentem, eosque audientem ac in-
terrogantem. (8) Stupebat vero om- 47.
nes eum audientes ejus acumen ac
responsiones. (9) Atque eo viso atto- 48.
niti sunt ejus parentes, eumque sic
est allocuta mater: (10) Nate, cur
nobis ita fecisti? En pater tuus &
ego te dolentes quærebat. (11) 49.
At Jesus: Quorsum me quærebatis?
inquit eis, an nesciebatis, mihi agen-
da esse mei patris negotia? (12) Sed 50.
illi, quid hic sibi dixisset, non intel-
lexerunt. (13) Et cum eis puer de- 51.
scendit venitque Nazaretam, & eis
fuit morigerus. (14) Ejus autem ma-
ter eas res omnes animo observabat,

6. Ubi tandem eum invenerunt?
7. Quid faciebat Jesus in fano?
8. Quid homines dicebant?
9. Quid parentes, cum eum inter magistros
sedentem viderent, cogitarunt?
10. Quibus verbis mater eum allocuta est?
11. Quid Jesus repondit?
12. Quid parentes non intellexerunt?
13. Ubi Jesus se tenuit?
14. Quid Maria animo observabat?

Luc. II,
52.

(15) & Jesus sapientia & ætate & gratia tum apud Deum proficiebat, tum apud homines.

15. Qua ratione Jesus Nazaretæ vitam agebat ineuntis adolescentiæ?

SENTENTIÆ UTILES.

Ex hac historia commode satis cognoscitur discrimen disciplinæ.

I. *Jesu parentes secum filium suum ducunt ad festum paschæ celebrandum.*

Multi dantur parentes, qui suos liberos neque in templum mittunt, neque in scholam.

II. *Puer Jesus infans inter magistros inventus est.*

Multi pueri, dum sacra fiunt, in platea & circo errant.

III. *Jesus puer duodecim annorum jam cum magistris Hierosolymæ potuit disputare.*

Multi puerorum exacto vel duodecimo anno ne catechesin quidem norunt aut præcipuas christianæ religionis partes.

HISTORIA XIII. DE JOANNE BAPTISTA MUNUS SUUM OBEUNTE.

Matth. III Cap.

Matt. III,
1.
3.
(1) Joannes baptista in Judææ solitudine prædicare cœpit; (2) quare vaticinium Esaiæ fuit impletum

Perspicuæ Quæstiones.

1. Ubinam Joannes baptista prædicavit?
2. Quodnam vaticinium hac ratione impletum est?

ita

ita dicentis: Vox clamantis est in so- EC. XL, 3
litudine; parate viam Domini, re-
ctas facite semitas ejus. (3) Habebat Matt. III,
autem Joannes ex camelinis pilis in- 4.
dumentum lateribus pelliceo cingulo
circumdatis. (4) Cibus ejus erant lo-
custæ & mel sylvestre. (5) Exorsus
est sermones suos his verbis: Corri- 2,
gite vos; instat enim cœleste regnum.
(6) Tunc ad eum proficiscebatur Hie- 5,
rosolyma, omnisque Judæa, & Jor-
danis ora, (7) ab eoque baptizaban- 6,
tur in Jordane confitentes peccata sua.
(8) Cum autem vidisset multos Pha- 7,
risæorum & Sadducæorum ad suum
baptisma venientes, dixit eis: Proge-
nies viperina, quis vos submonuit fu-
turam iram fugere? (9) adhortatus- 8,
que ita est eos: Edite fructus emen-
data via dignos, (10) simulque ad- 9,

3. Quem vestitum Joannes gerebat?
4. Quo usus est cibo?
5. Quibus verbis exorsus est sermones suos?
6. Quis ad eum, cum esset in solitudine, proficiscebatur?
7. Quid petebant a Joanne?
8. Quibus verbis Joannes Pharisæos & Sadducæos recepit?
9. Quibus verbis adhortatus est?
10. Quid admonuit eos?

monuit, ne nimium confiderent, quod sibi fit pater Abrahamus, atque propterea existimarent, fieri non posse, ut a Deo desererentur; (11) Deum enim valere ex saxis suscitare natos Abrahamo, atque sic stare promissis.

Matt. III.
10.

(12) Denique Joannes homines perverfos cum arboribus sterilibus comparans: (13) Securis, inquit, arborum radici admota est; itaque arbor omnis fructum bonum non edens excindenda est, & in ignem injicienda.

11. Cur noluit eos Abrahamo confidere eoque niti?

12. Qua cum re Joannes infideles comparavit?

13. Quam idcirco sententiam habebat in ore?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Discimus hic, unde auspicandum, si velimus ad bonam redire frugem.*

In primis pœnitentia est agenda.

Ita enim Joannes perorat: Corrigite vos; instat enim cœleste regnum.

II. *Ex historia porro intelligitur, quemadmodum pœnitentia debeat esse comparata.*

Fructus gemini melioris vitæ sequuntur necesse est.

Joannes enim: Edite, inquit, fructus emendata vita dignos.

III. *Denique colligi potest, quæ pravorum sit pena. In ignem infernum conjiciuntur.*

Joannes enim: Quæcunque arbor, inquit, fructum bonum non tulerit, excindenda est, & in ignem injicienda.

BO.

BONÆ MEDITATIONES.

Arboris est justos carpentos edere fructus,

Hoc nisi fit, certe cæditur arbor ea.

Sic cujusque fidem semper decet esse feracem,

Quod nisi vere fit, angitur ille styge.

Ut pueri teneri splendor jam fructibus abfit;

Attamen haud patiar, sim sine flore puer.

HISTORIA XIV.

DE CHRISTI BAPTISMO.

Matth. III, Marc. I. Luc. III & Jo. I.

- (1) Cum Joannes ad Jordanem baptizaret, Dominus Jesus adiit eum, ut ab eo baptizaretur. (2) Sed eum prohibebat Joannes dicens: Mihi, ut a te baptizer, opus est. (3) Cui respondens Jesus: Sine modo, inquit, sic enim decet nos omni perfungi justitia. Tunc ille eum finit. (4) Jesus simulac baptizatus est, ascendit ab aqua, & ecce apertis ei cœlis,
- Matt. III 13.
14.
15.
16.
Marc. I. 10.

Perspicuæ Quæstiones.

1. A quo Jesus baptizari voluit?
2. Quare eum prohibebat Joannes?
3. Quid respondet Jesus?
4. Quid baptizato Jesu contigit?

- Joh. I, 32. (5) vidit Joannes Dei Spiritum descendentem veluti columbam, & super eo manentem. (6) Tandem vox e cœlis auditur dicens: Hic est meus
- Matt. III 17. filius charissimus, qui mihi acceptus est. (7) Quibus rebus fatis edoctus est Joannes, illum esse certo mundi
- Marc. I, 11. servatorem. (8) Deus enim Joanni dixerat: Eum fore, super quem descendere & manere Spiritum esset visurus.
- Joh. I, 33. (9) Quare & in concione de eo testatus est Joannes, cum postridie aspiceret venientem Jesum, dixitque: Ecce agnus Dei, qui mundi peccatum tollit. (10) Incipiebat tum Jesus
29. annorum esse fere triginta, (11) qui
- Luc. III, 23. vulgo filius Josephi Nazaretensis credebatur.

5. Quis de cœlo descendit?
6. Quæ vox e cœlis auditur?
7. Quid edoctus est Joannes?
8. Quodnam Deus ei signum fore dixerat?
9. Quibus verbis alloquitur multitudinem Joannes, cum Jesum videret venientem?
10. Quot annorum tum Jesus erat?
11. Quis Christus esse vulgo credebatur, cum humili esset statu?

SENTENTIÆ UTILES.

I. Dominus Jesus stetit in flumine Jordanis, cum a Joanne baptizaretur.

Hac

Hac ratione Jesus omnem baptismatis aquam consecravit, qua & hodie Christianorum infantes in baptisate abluuntur.

II. *Joannes Jesum digito monstrans: Ecce, inquit, agnus Dei, qui mundi peccatum tollit.*

Ego & tu ad mundum perinemus; quare simul & mea & tua Dei agnus sustulit peccata.

III. *Tota sacrosancta Trinitas ad Jordanem praesentiam patrescit suam.*

Deus enim filius stabat in flumine, Deus Spiritus Sanctus movebatur in aëre, & Deus Pater aderat voce.

BONÆ MEDITATIONES.

Cœlestis Patris vox labitur aëre clara,
Adstat Jordani Filius ipse Dei:
Spiritus accedit venientis more columbæ;
Hinc trinus merito creditur esse Deus.
In dubium posthac si mens hæc forte vocabit,
Jordanis certus sat mihi testis erit.

HISTORIA XV. DE JESU A DIABOLO TENTATO.

Matth. IV, Marc. I, Luc. IV Cap.

(1) **J**esus Sancto Spiritu plenus reversus a Jordane Spiritus Sancti instinctu, (2) ut a diabolo tenta-

Luc. IV,
1.
Marc. I,
12.
Matth. IV,
1.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid post Christi baptismum accidit?
2. Quamobrem actus est Jesus in solitudinem?

1.
2.

- retur, actus est in solitudinem. (3)
 Dumque quadraginta dies & totidem
 noctes jejunasset, tandem esuriit. (4)
 Igitur aggreditur eum tentator: Si Dei
 filius es, inquit, jube, ut hi lapides pa-
 nes fiant. (5) Cui ita respondit Jesus:
 Scriptum est: Non solo pane vivit
 homo, sed omni verbo per os Dei
 prodeunte. (6) Tunc adducit eum
 diabolus in sanctam urbem, & in tem-
 pli pinnis constitutum sic alloquitur:
 (7) Si Dei filius es, jace te deorsum.
 (8) Diabolus ita scriptum esse argu-
 menti loco affert: Angelis suis de te
 mandabit, ut te manibus tollant, ne
 pedem ad lapides offendas. (9) At
 Jesus: Rursum scriptum est, inquit
 illi, ne tentato Dominum Deum tuum.
 (10) Tum diabolus eum in excelsum
 montem subduxit, (11) & ei omnia

3. Quamdiu Christus jejunaverat in desertis?
4. Quomodo aggreditur eum diabolus?
5. Qua sententia Christus confutavit eum?
6. Quo deinde Christum adducit diabolus?
7. Quibus verbis alloquitur Christum in tem-
pli pinnis constitutum?
8. Quid diabolus argumenti loco affert?
9. Quid Christus ei opposuit?
10. Quo tandem Christum diabolus subduxit?
11. Quid Christo diabolus in monte ostendit?

mundi regna momento temporis ostendit, eumque sic allocutus est: (12) ^{Matt. IV, 9.} Hæc omnia tibi dabo, si procubueris & me adoraveris. Nam omnia mihi ^{Luc. IV, 6.} tradita sunt, ita ut, cuicumque velim, ea donem. (13) Hic Jesus: Abi e ^{Matt. IV, 10.} conspectu meo, Satana, inquit ei: (14) ^{Deut. VI, 13.} Scriptum est enim: Dominum Deum adorato, eumque solum colito. (15) ^{Matt. IV, 11.} Tunc omisit eum diabolus, & ecce advenerunt Angeli, qui ei ministrarunt.

12. Quid promisit?

13. Quomodo Jesus eum repressit?

14. Qua sententia Christus est usus?

15. Quem tentatio habuit exitum?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Christum quadraginta dies totidemque noctes jejunasse audimus.*

Quo jejunio diurno servator peccata luit ea, quæ quotidie comissando & comotando committuntur.

II. *Diabolus dictum illud attulit: Angelis suis de te mandabit, ut te custodiant.*

Dictum quidem hoc in sacris litteris legitur, sed in ejus extremo est: In omnibus viis tuis; quæ verba a diabolo sunt omissa.

III. *Diabolus quidem Christum vehementer tentavit; tandem vero illi eliso cedendum fuit.*

Ita Deus nos non tentari permittet supra quam valeamus; sed cum tentatione ejusmodi eventum facturus, ut ferendo vincere possimus. 2. Cor. X, 13.

BONÆ MEDITATIONES.

Infidias Christo Satanus turpissimus hostis
 Nullo successu ponit, & ipse cadit.
 Queis armis vero servator dæmona vicit?
 Dictum divinum cuspis acuta fuit.
 O pueri, cuncti discamus talia dicta,
 Queis & salvamus vincula nexa vafre.

HISTORIA XVI.

DE MULIERE SAMARITANA.

Joan. IV Cap.

- Joh. IV, (1) **N**on procul ab oppido Sichar
 5. in Samaria erat Jacobi fons;
 6. (2) apud quem Jesus ex itinere fes-
 7. sus refedit. (3) Venit tunc mulier ex
 oppido haustum aquam, (4) & Jesus
 9. ei ita dixit: Da mihi bibere. (5) At
 mulier Samaritana respondit: Qui fit,
 ut tu Judæus a me muliere Samaritana
 potum petas? (6) Non enim habent
 Judæi cum Samaritanis commercium.
 10. (7) Cum aliquamdiu de viva aqua in-

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid non procul ab oppido Sichar erat?
2. Quis apud fontem illum refedit?
3. Quis eo venit haustum aquam?
4. Quid Jesus mulieri Samaritanæ dixit?
5. Quid mulier Samaritana respondit?
6. Cur ita respondet?
7. Unde Jesus ansam loquendi cepit?

ter se essent collocuti. (8) Jesu ei: Joh. IV, 16.
 I, evocatum, inquit, virum tuum & 16.
 huc venito. (9) Non habeo virum, 17.
 respondet mulier; (10) & Jesus: Re- 18.
 cte dicis, non habere te virum:
 Quinque enim viros habuisti, nunc
 quem habes, non est tuus vir. (11) 19.
 Hic mulier: Domine, inquit ei, video
 te vatem esse. (12) Paulo post Je- 24.
 sus elegans illud effatum affert in me-
 dium: Animus est Deus, & qui eum
 colunt, animo & vere debent cole-
 re. (13) Mulier deinde: Scio, inquit 25.
 ei, venturum esse Messiam, qui unctus
 dicitur, is cum venerit, rem omnem
 nobis explicabit. (14) Et Jesus: Ego 26.
 is sum, inquit ei, qui tecum loquor.
 (15) Igitur mulier relicta sua fitula, 28.
 urbem petiit, (16) hominesque mo- 29.

8. Quemnam mulier ex urbe jubetur evocare?
9. Quid respondit mulier?
10. Quid de illius viris dixit Jesus?
11. Quid mulier confirmat?
12. Quodnam elegans effatum attulit Jesus de precibus?
13. Quid mulier de Messia fari incipit?
14. Quid Jesus eam docet?
15. Quid porro mulieri negotii est?
16. Quid homines in urbe monet?

nuit,

nuit, ut hominem viderent, qui sibi omnia facta sua dixisset; fortassis eum esse Christum. (17) Itaque ex urbe egressi venerunt ad eum, (18) multaque Samaritanorum in eum (19) propter fœminæ, multo autem plures ob Christi sermonem crediderunt, (20) rogaruntque ut apud se maneret; (21) itaque Christus mansit illic duos dies.

Joh. IV,
30.
39.
41.
49.

17. Quid cives fecerunt?
18. Numquid commodi inde ceperunt miseri?
19. Quamobrem crediderunt Jesu?
20. Quid Jesum rogarunt?
21. Quamdiu Jesus mansit in illa Samariæ urbe?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Judæis cum Samaritanis magnæ intercesserunt inimicitia.*

Judæi enim fanum Hierosolymæ, Samaritani itidem quondam Samariæ habuerunt, quare inter sacerdotes utriusque gentis perpetua fuit dissensio atque contentio.

II. *Ad fontem Jesus sermonem habuit de viva aqua.*

Ita & nos de bonis rebus loquendi fortuitam occasionem decet arripere, verbi causa: Apud agrum de semine verbi divini; sub arbore de pœnitentiæ fructibus; apud candelam de ardescen- te fidei filio.

III. *Mulier Samaritana totam ad Christum perduxit civitatem.*

Similiter nobis salus & pœnitentia aliorum debent esse curæ cordique.

BONÆ MEDITATIONES.

Nobis supplicibus Dominus permittit adire
Ad folium : Orantes namque Deum colimus.

Ad fontem mulier per Christum orare docetur ;

Invocat is recte, qui colit mente Deum.
Hinc animo summum Dominum non cesso rogare,

Dum ferat auxilium corde parentis amans.

HISTORIA XVII.

DE CENTURIONE IN OPPIDO CAPERNAUM DEGENTE.

Matth. VIII & Luc. VII Cap.

(1) Centurio quidam in urbe Capernaum degens, Matth. VIII, 5. cujus servus ægrotabat, (2) convenit Jesum, & 6. hujusmodi verbis oravit : Domine, puer meus jacet domi fideratus, graviterque cruciatur. (3) Senatores Luc. VII, 3. etiam urbis pro eo apud Dominum Jesum intercedentes inprimis depræ-

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid sollicitavit centurionem in oppido Capernaum ?
2. Quibus verbis oravit Jesum ?
3. Quis pro centurione intercessit ?

- Luc. VII
 5.
 Matth.
 VIII, 7.
 8.
 10.
 13.
- dicabant, (4) quod sibi synagogam construxisset. (5) Cui Jesus: Ego eum sanatum ibo, inquit. (6) At centurio respondens: Domine, non sum dignus, inquit, cujus tu tectum fubeas, sed tantum jube verbo, & sanabitur puer meus. (7) Quo audito miratus Jesus ita dixit sequentibus: Hoc vobis confirmo, me ne in Israëlitis quidem tantam invenisse fidem. (8) Tum centurionem allocutus Jesus: Abi, inquit, & ut confisus es, sic tibi accidat. (9) Itaque sanatus est illius puer eadem illa hora.

4. Quid boni de centurione depradicabant?
5. Quid Jesus respondit?
6. Quid centurio causatur?
7. Quid de fide illius dixit Jesus?
8. Quibus verbis centurionem a se dimittit?
9. Quid accidit ægroto servo?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Qui firma fide pro ægrotante servo oravit, fuit centurio.*

Ideo vitam militarem christianorum religioni atque pietati adversari haud existimandum est.

II. *Pro centurione isto senatores urbis apud Christum intercesserunt.*

Quare ardentium precum, quibus pro aliis intercedimus, magnam vim esse, intelligimus.

III. *Judæi pro centurione ejusque agroto seruo, quod Synagogam eis construxerat, intercesserunt.*

Si quis in nos tirones conferret beneficium, quam vellemus pro nostris intercedere mæcenatibus.

BONÆ MEDITATIONES.

Non raro domini fervorum nomina tem-
nunt,

Sæpe parem sortem cum cane servus
habet.

Centurio servum fidum vehementer ama-
vit;

Hinc medicum seruo quæritat ipse suo.
Olim si quisquam famulus mihi forte mi-
nistret,

Tum mea in ærumnis cura levabit eum.

HISTORIA XVIII.
DE PISCINA BETHESDA VO-
CATA.

Jo. V Cap.

(1) Hierosolymis fuit piscina hebrai-
ce Bethesda nuncupata, (2) Jo. V, 2.
quinque porticus habens; (3) 3.
in his jacebat ingens multitudo cœcorum,
claudorum, tabidorum, aliorumque
morboforum. (4) Angelus certo tem- 4.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quænam piscina fuit Hierosolymis?
2. Quot habebat porticus?
3. Quinam homines jacebant in eis?
4. Quid piscinæ fiebat certo tempore?

pore

- pore descendebat in piscinam, aquam-
que turbabat. (5) Qui primus, simu-
lac turbata esset aqua, in piscinam
descenderat, sanus evadebat, quo-
Jo.V, 5. cunque tandem morbo teneretur. (6)
Erat autem illic homo quidam annum
agens in morbo duodequadragesimum.
6. (7) Hunc ut vidit Jesus decumben-
tem, & jam diu decubuisse cognovit:
7. Visne, inquit, sanus fieri? (8) Cui
ægotus respondit, se hominem non
habere, qui se, dum turbata sit aqua,
conijciat in piscinam; quinimo tur-
bata aqua ante se alium descendere.
8. (9) Tunc Jesus: Surge, inquit ei, tōl-
9. le grabatum tuum & ambula; (10)
atque homo confestim sanus evasit,
& sublato suo grabato, ambulavit.
14. (11) Postea nactus eum Jesus in fano
sic alloquitur: (12) En sanus evasi-

5. Quis sanus evadebat?
6. Quotum annum quidam homo agebat in morbo?
7. Quid Christus ex homine quærit?
8. Qua ratione ægotus miseriam aperuit suam?
9. Quo Jesus potente verbo usus est?
10. An verbi vim expertus est ægotus?
11. Ubi Christus rursus nactus est isthunc hominem?
12. Quid eum monuit servator?

sti, noli amplius peccare, ne quid tibi deterius accidat.

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Homo quidam annos triginta octo morbo erat conflictatus.*

Quem hominem omnes ii aspicerent sedulo, quibus multo tempore ne digitus quidem doluit, quo plaris valetudinem munus pretiosissimum æstimarent.

II. *Dominus Christus in hominem, quem sanaverat, incidit in fano.*

Id quod maxime convenit: Sæpius enim nos ingredi ædem sacram, dum valemus, par est; cum ægotamus, quam maxime etiam velimus, non possumus.

III. *Christus sanato: Noli amplius, inquit, peccare, ne quid tibi deterius accidat.*

Quod monitum iis, qui animo ægri fuerunt, probe notandum: Non enim post actam pœnitentiam licet repetere peccata pristina.

BONÆ MEDITATIONES.

O ægotantes, bona queis patientia desit,
Cum Deus haud prima luce venire solet,

Pergite spectatum, vobis Bethesda cubantem

Quem in morbo monstret plurima lustra, virum.

Auxilii temere Domino præscribimus horas:

Is, cum sit dandi, scit bene tempus, opem.

HISTORIA XIX.
DE VIDUA NAIMENSI.

Luc. VII Cap.

- Luc. VII, (1) **A**ccidit, ut Jesus in oppidum
11. nomine Naim proficisceretur
(2) comitantibus eum frequentibus
ejus discipulis & ingenti hominum tur-
12. ba. (3) Atque ut oppidi portæ ap-
propinquavit, ecce efferebatur mor-
tuus, (4) unicus matri filius, (5)
eique viduæ, (6) comitante eam fre-
13. quente oppidanorum turba. (7) Ea
visa, miseratus eam Dominus dixit
14. ei: Ne plora. (8) Deinde ad fere-
trum accessit, & id tetigit; (9) cum-
que restitissent, qui portabant, dixit:
15. Adolescens, inquam tibi, surge. (10)
Tum mortuus sedit, loquique cœpit;

Perspicuæ Quæstiones.

1. In quodnam oppidum Jesus est profectus?
2. Quibus comitantibus profectus est?
3. Quid Christus portæ appropinquans vidit?
4. Quis erat mortuus ille?
5. Quænam ejus erat mater?
6. Quis eam comitatur?
7. Quid Jesus mæstæ mulieri dixit?
8. Quid fecit feretro?
9. Quibus verbis allocutus est filium mor-
tuum?
10. Quid postea factum est?

atque ille eum matri suæ tradidit. (11) Luc. VII
16.
Inde omnes metu correpti, Deum
collaudare, (12) dicentes, magnum
apud se ortum esse vatem, Deumque
suorum curam habere. (13) 17. Atque
is sermo de eo totam Judæam finiti-
mamque regionem pervasit.

- 11. Quid homines occeperunt?
- 12. Quid dixerunt?
- 13. Quid sermo pervasit?

SENTENTIÆ UTILES.

I. Nulla calamitas sola est.

Vidua, quæ habitabat in oppido Naim, amiserat virum, postea unicus filius moritur, quem sibi solatio fore speraverat.

II. In funus mortui adolescentis eunt multi.

Similiter frequentes ut comitemur funera, atque memores nostræ mortalitatis cogitemus illud: Hodie tibi, cras mihi, æquum est.

III. Dominus Jesus miserans dicit mœstæ viduæ: Mulier, ne plora.

Id quod omnibus viduis afflictis esse potest solatio: Haud enim secus Christus misericordia commotus eis opportuno satis tempore absterget ægritudinem.

BONÆ MEDITATIONES.

Nulla Naim juvenum committit funera terræ?

Pallida mors tantum fuscipit ossa senum?

Ah non! is moritur, cui non est ruga
fenilis :

Nam Lucas juvenem decubuisse refert.
Si mors nec parcit, nec quosquam respicit
annos,

Me paro, nec timidum mortis imago
facit.

HISTORIA XX. DE QUADRUPplici AGRO.

Matth. XIII, Marc. IV & Luc. VIII Cap.

LUC.
VIII, 5.

- (1) Sator quidam ivit satum suum
semen, (2) quo ferente aliud
cecidit apud viam, (3) idque con-
culcatum est, & ab aëris volucris
6. comesum; (4) aliud in petram ceci-
dit, (5) idque exortum aruit, quod
7. humorem non haberet; (6) item aliud
cecidit inter spinas, (7) idque enatae
8. simul spinæ suffocarunt. (8) Aliud ce-
cidit in bonam terram, (9) & ena-

Perspicuae Quaestiones.

1. Quid sator quidam egit?
2. Quo cecidit prima pars seminis?
3. Quid semini apud viam accidit?
4. Quo cecidit seminis altera pars?
5. Quid semini in petra accidit?
6. Quo cecidit tertia pars seminis?
7. Quid semini in spinis accidit?
8. Quo tandem postrema pars seminis cecidit?
9. Quid semen in bona terra edidit?

tum

tum edidit fructum cum centesimo.

(10) Hæc dicens Jesus clamabat : Qui aures habet, quibus audire possit, audiat !

(11) Interrogarunt autem eum sui discipuli, quænam esset eâ comparatio ?

Luc.
VIII, 9.

(12) Tum Dominus Jesus eis similitudinem explicuit dicens :

10.

(13) Semen est divinus sermo. (14)

11.
Matth.
XIII, 19.

Qui apud viam, ii sunt, qui sermonem audiunt nec intelligunt, (15)

deinde venit diabolus, qui sermonem ex eorum animis aufert, (16) ne credant, atque ita salvi fiant. (17)

Luc.
VIII, 12.

13.

Qui vero in petra, ii sunt, qui dum audiunt, cum lætitia accipiunt quidem sermonem, & credunt ad tempus ;

(18) sed radicem non habentes sunt temporarii & in Christo offendunt.

Matth.
XIII, 21.

(19) Imo periculorum tempore orta propter sermonem calamitate atque

Marc. IV
17.

10. Quid clamabat Jesus ?

11. Quid discipuli interrogarunt ?

12. Quis eam discipulis similitudinem explicuit ?

13. Quid igitur est semen ?

14. Quinam sunt illi apud viam ?

15. Quid accidit in via constitutis ?

16. An id illis prospere evenit ?

17. Quinam ii, qui sunt in petra ?

18. Quemadmodum sese gerunt ?

19. Quando dimoventur ?

Luc. VIII, 14. infectatione cito dimoventur. (20)
 Quod vero in spinas cecidit, ii sunt,
 Matth. XIII, 22. qui, ubi audiverunt, (21) eo veniunt,
 ut curis & divitiis vitæque voluptati-
 bus suffocentur, (22) neque fructum
 23. perferant. (23) Qui vero in bonam
 Marc. IV 20. terram sati, ii sunt, qui sermonem
 Luc. VIII, 15. & audiunt & intelligunt, (24) qui-
 que probo & bono animo auditum
 verbum admittunt ac retinent, (25)
 & fructum cum patientia ferunt, (26)
 redduntque alii centuplum, alii sexa-
 gecuplum, alii trigecuplum.

20. Quinam ii, qui sunt in spinis?

21. Quonam veniunt ei?

22. Num fructum perferunt?

23. Quinam sunt, qui in bona terra depre-
 henduntur?

24. Quomodo verbum recipiunt?

25. Quænam verbi vis est?

26. Num singuli pari numero fructus ferunt?

SENTENTIÆ UTILES.

I. Cur multi hominum nec credunt, nec salvi
 fiunt?

Quia ipsorum cor non bonus, sed steri-
 lis ager est.

II. Quomodo tractandum Dei verbum: si veli-
 mus sperare fructus?

Primum audiendum, dein intelligendum,
 tum admittendum, tandem retinen-
 dum est.

III. Quæ Scripturæ S. sententia maxime terri-
 bilis est existimanda?

Com-

Complures eam esse putarunt: Deinde venit diabolus, & sermonem eorum animis aufert.

BONÆ MEDITATIONES.

Quo semen recidit, certe est non unus agellus,

Ast uber tantum frugibus unus ager.
Sancte Deus, solus tu me nosti intus & extra,

Verbi sparsisti femina corde meo.
Proh dolor! ex ortu primo sum pessima terra.

Fac Deus omnipotens, sim bona terra tibi!

HISTORIA XXI. DE GERGENSENIS.

Matth. VIII, Marc. V & Luc. VIII Cap.

- (1) **U**bi Jesus in Gergesenorum & ^{Matth. VIII, 28.} Gadarenorum agrum trajecit,
(2) occurrerunt ei duo dæmoniaci ^{Marc. V, 1.} valde feri. (3) Quorum alter tam potens erat, ut compedes, catenasque ^{4.} discerperet. (4) Utrique commorantes in monimentis, in montanis & in ^{Luc. VIII, 27.}

Perspicuæ Quæstiones.

1. In quem agrum Dominus Jesus trajecit?
2. Quis ei occurrit?
3. Nonne vincti erant catenis?
4. Ubi commorati sunt dæmoniaci?

- Matth. VIII, 24. desertis (5) in homines tantopere favierunt, ut illac transire posset nemo.
29. (6) Il visio Jesu sic clamarunt: Quid tibi nobiscum rei est, JESU Dei fili? huccine venisti ante tempus vexatum
- Marc. V, 9. nos? (7) Diabolorum quendam Jesus interrogavit, quod esset ei nomen?
8. (8) cui ille respondit: Legio mihi nomen est: quoniam multi sumus.
10. (9) Tum Jesus dæmonibus, ut exirent, mandavit. (10) Orarunt vero, ne eos extra eam regionem mitteret, (11) sed ut, cum in montis radicibus
- Matth. VIII, 30. numerosus porcorum grex pasceretur,
31. (12) permitteret sibi in porcorum gregem immigrare. (13) Quibus cum Jesus: Ite, inquit, dæmones egressi in porcorum gregem immigrarunt, (14) & ecce ruit universus porcorum grex per præceps in lacum, sunt-

5. Annon favierunt in homines?
6. Quid clamarunt?
7. Quid interrogavit Jesus?
8. Quid Satanus respondit?
9. Quid Jesus dæmonibus mandavit?
10. Quid orarunt dæmones?
11. Quid in ea erat regione?
12. Quid dæmones sibi permitti voluerunt?
13. Quid Jesus ait?
14. Quo ruit porcorum grex?

que in aqua mortui. (15) Erant autem circiter duo millia. (16) Pastores fugerunt, & in oppidum profecti cum omnia de dæmoniacis tum de porcis nuntiarunt. (17) Tum tota civitas exire obviam Jesu, eoque viso rogarunt, ut a suis finibus discederet.

Marc.V,
13.
Marth.
VIII,13.

37

15. Quot erant porci?
16. Quo pastores fugerunt?
17. Quid rogarunt Gergeseni?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Dæmon Christo dixit, sibi nomen esse legionis; sese enim esse multos.*

Legio est numerus quatuor, quinque aut sex millium; itaque multa millia diabolorum in uno possunt esse homine.

II. *Quod dæmoniaci in desertis erraverint, & homines afflixerint, hic expresse dicitur.*

Quid igitur ii possunt opponere, qui neque spectra neque diabolos esse credunt?

III. *Legio hæc tota spirituum pravorum confestim Domini Christi jussu cedere coacta est.*

Cum Christus sit rex noster, exultare & firma fide dicere possumus: Licet mundus diabolis nos devorare volentibus esset refertus; tantum tamen abest, ut ab eis metuamus, ut potius eos forti aggrediamur animo, atque vincamus.

BONÆ MEDITATIONES.

Tunc Gergeseni cupiunt discedere Jesum,
 Dæmona cum porcos mittit inire suos.
 Insipidi quidnam præponunt quæso in
 amore ?

Utrum Christus eis, an temerata pe-
 cus

Charior est ? Tantum nobiscum, Christe,
 maneto,

Tu procul a nobis dæmona pelle ma-
 lum.

HISTORIA XXII.
 DE HOMINE TABIDA MANU.

Matth. XII, Marc. III & Luc. VI.

Luc. VI, (1) **A**ccidit Sabbatho quodam, ut
 6. Jesus in synagogam ingressus
 doceret; (2) ubi cum homo esset
 dextera manu tabida, (3) Pharisæi
 Matth. & scribæ ex Christo, an Sabbathis
 XII, 10. sanare liceret? quæsiverunt; (4) id
 quod ideo fecerunt, ut eum crimina-
 rentur. (5) Quibus Jesus: Quis ho-
 mo vestrum est, inquit, qui si vel
 11.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid negotii Jesu Sabbatho quodam fuit ?
2. Quis erat in synagoga ?
3. Quid Pharisæi quæsiverunt ?
4. Cur id quæsiverunt ?
5. Quid Jesus vicissim interrogavit ?

unam

unam ovem habeat, quæ Sabbathis in foveam decidat, non eam prehendet & attolat? (6) Unde Jesus collegit, cum ovi multum præstaret homo, licere etiam Sabbathis benefacere. (7) Dixitque homini siccam habenti manum: Surge & sta in medio. Luc. VI, 8.
(8) Quo facto Jesus rursus illos alloquitur: Liceretne Sabbathis bene facere, an male facere? (9) Cumque illi tacerent, (10) iste eos irate circum intuitus eorum animi callum dolens (11) dicit homini: Porrige manum tuam. (12) Id postquam ille fecit, reddita est ejus manus tam sana, quam altera. (13) At Pharisæi furoris pleni, protinus consilium de Jesu perimendo ceperunt. (14) Quo cognito Jesus illinc discessit. Marc. III 4. 5. Luc. VI, 10. 11. Marc. III 6. Matth. XII, 15.

6. Quid Jesus inde collegit?
7. Quid Jesus homini dixit?
8. Quibus verbis Jesus Pharisæos iterum alloquitur?
9. Quodnam Jesu ab eis redditum est responsum?
10. Quem gestum Jesus cepit?
11. Quid tandem Servator homini dicit?
12. Quid manui factum est?
13. Idne placuit Pharisæis?
14. Qua ratione Christus periculum evitavit?

SENTENTIÆ UTILES.

I. Sabbatho licet opera charitatis & misericordiae facere.

Id quod Christi docemur exemplo multos morbosos Sabbatho sanantis.

II. Deus optimus non delectatur improborum pernicie.

Hic enim magno dolore affectus est Dominus Jesus, perspicuens animi Pharisæorum callum.

III. Qui animi duritiem induerunt, in dies sunt deteriores.

Ita Pharisæi postremo in furorem vertebantur, cum ante eorum oculos Christus tot tantaque ederet miracula.

BONÆ MEDITATIONES.

Cum manibus Dominus mihi donat brachia bina,

Quæ semper vitent otia prava velim.

Ad Dominum sursum tollam mentemque manusque,

Post digiti faciant sedulitatis opus.

Hoc est: Hanc: ORA, vocem meminisse jubavit,

Voxque: LABORATO, mente perennis erit.

HISTORIA XXIII.
DE MALIS IN SEGETE HERBIS.

Matth. XIII Cap.

Matth.
XIII, 24.

(I) Dominus Jesus aliquando similitudinem proposuit his ver-

Perpicuæ Quæstiones ?

I. Qui sit in cælesti regno ?

bis:

bis: Similiter accidit in cœlesti re-
 gno, ut in homine, qui bonum se-
 men sevit in fundo suo. (2) Sed ^{Matth.} XIII, 25.
 dormientibus hominibus ixit ejus ini-
 micus fatum malas herbas inter fru-
 mentum ac discessit. (3) Deinde ubi ^{26.}
 germinavit herba, ediditque fructum,
 tum apparuerunt etiam malæ herbæ.
 (4) Igitur servi patrem familias sic ^{27.}
 convenerunt: Here, nonne bonum
 semen in fundo tuo seminasti? unde
 igitur habet malas herbas? (5) Qui- ^{28.}
 bus ille: Inimicus homo id fecit, in-
 quit. (6) Et servi: Vis igitur, ut
 eas lectum eamus? (7) Non, inquit ^{29.}
 ille, ne forte malas legentes herbas
 frumentum una cum eis eradicetis.
 (8) Sinite ambo crescere usque ad ^{30.}
 messem. (9) Messis tempore manda-
 bo messoribus, ut primum herbas le-
 gant, & in manipulos colligant com-

2. Quid dormientibus hominibus accidit?
3. Quid apparuit in agro?
4. Quid servi dixerunt patrifamilias?
5. In quem paterfamilias transtulit culpam?
6. Quid servi suadent?
7. Annon id fieri paterfamilias permisit?
8. Quid paterfamilias de agro præcepit?
9. Quid messoribus mandare secum constituit?

bu-

Matth.
XIII, 36.

- burendas ; (10) frumentum autem in meum comportent horreum. (11) Deinde relicta hominum multitudine venit domum Jesus , (12) a quo sui discipuli petierunt, ut sibi similitudinem de fundi malis herbis ediffereret.
37. (13) Quibus ille respondit in hunc modum: Qui bonum semen ferit, homine natus est. (14) Fundus est mundus. (15) Bonum semen sunt regni filii. (16) Malæ herbæ sunt mali filii ;
38. (17) inimicus earum fator est diabolus. (18) Messis est finis ævi. (19) Messores sunt Angeli ; (20) in hujus ævi fine mittet homine natus suos Angelos, (21) qui ex ejus regno omnia detrimenta maleficosque colligent, (22) & in ignis fornacem conjicient,

10. Quid voluit frumento fieri?

11. Quo Jesus his dictis venit?

12. Quid discipuli ejus petiverunt?

13. Quis significatur per serentem?

14. Quid per agrum?

15. Quid per semen?

16. Quid per malas herbas?

17. Quid per inimicum?

18. Quid per messem?

19. Quid per messores?

20. Quis mittet Angelos?

21. Quid Angeli colligent?

22. Quo conjicient maleficos?

ubi ploratus erit, dentiumque stridor. (23) Tunc iusti solis ritu re-
cebunt in regno sui patris. (24) Qui Matth.
XIII.
43. habet aures ad audiendum, audiat.

23. Ubi erunt iusti?

24. Quibus verbis Christus peroravit?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Culpa in optimum Deum non transferenda est, multos dari improbos.*

Deus enim non nisi bonum ferit semen.

II. *Probos cum improbis vivere oportet.*

Paterfamilias enim, ut malæ herbæ legerentur, non concessit, sed ambo usque ad messem crescere voluit.

III. *Die extremo magnum discrimen futurum est probos inter & improbos.*

Improbi enim in ignis fornacem conjicientur; iusti vero solis ritu relucebunt in regno cælorum.

BONÆ MEDITATIONES.

Quidam frumento recto consererat agrum,
Dum dormit, lolium spargitur atque
viret.

Quid sibi vult isthæc Christi sermonis
imago?

Securam vitam sic prohibere cupit.

Hostis devincit, cum somnus lumina con-
dit?

Hinc in perpetua pervigilabo prece.

HIS.

HISTORIA XXIV.
DE JOANNE BAPTISTA CAPITE
TRUNCATO.

Matth. XIV & Marc. VI Cap.

Matth. VI
 20.

 17.

 18.
 Matth.
 XIV. 7.
 Marc. VI
 19.
 17.
 Matth.
 XIV. 3.
 5.

Rex Herodes cum sciret, Joannem esse virum justum atque sanctum, (2) eum & veritus est, & libenter audivit, eique multis in rebus auscultavit. (3) Duxerat Herodes in matrimonium Herodiadem Philippi sui fratris uxorem. (4) Cum igitur Joannes aliquando Herodi dixisset, non licere ei uxorem habere sui fratris; (5) regina tanta in Joannem exarsit ira, ut eum continuo cuperet interfectum. (6) Regem quoque eo perduxit, ut Joannem caperet, & vincitum daret in custodiam. (7) Quinimo Herodes eum consilio uxoris suæ occidisset, ni metuisset vulgus, quod

Perspicuæ Quaestiones.

1. Quid Herodes de Joanne sciebat?
2. Numnam Herodes auscultavit Joanni?
3. Quodnam adulterium commisit Herodes?
4. An id silentio præteriit Joannes?
5. Quemadmodum id tulit regina Herodias?
6. Quo regem perduxit?
7. Nonne Herodes continuo Joannem interfici jussit?

illum pro vate habebat. (8) Accidit Marc. VI
autem opportuna dies, qua Herodes 21.
suis optimatibus dabat natalitia. (9) 22.
Herodiadis filia tum saltans, (10) &
Herodi & convivis perplacuit. (11)
Quare rex dixit puellæ: Posce me,
quicquid voles, & tibi dabo. (12) 23.
Eique juravit, quicquid a se peteret,
id ei se daturum, etiamsi sit regni sui
dimidium. (13) Quo factò egressa 24.
illa consuluit suam matrem, ecquid
peteret? (14) & mater jussit peti
Joannis Baptistæ caput. (15) Itaque 25.
puella statim festinanter ad regem in-
gressa petiit his verbis: Volo, ut mihi
des protinus in catino caput Joannis
Baptistæ. (16) Id quod rex quidem 26.
doluit, propter jusjurandum tamen
& convivas noluit ei denegare. (17) 27.

8. Quis dies festus celebratus est in aula?
9. Quis saltavit coram convivis?
10. Placuitne hoc spectantibus?
11. Quid gratiæ effudit Herodes in puellam?
12. Quid rex juravit?
13. Quemnam puella consuluit?
14. Quid mater jussit?
15. Quid igitur petiit puella?
16. Quid consilii cepit Herodes auditis puellæ precibus?
17. Quid Joanni Baptistæ accidit?

Itaque regis mandato spiculator Joannem in carcere decollatum ivit, caputque ejus in catino attulit. (18)
 Marc. VI 28. Quod puella sibi traditum suæ dedit
 29. matri. (19) Joannis vero discipuli corpus ejus in monumento posuerunt.

18. Quorsum delatum est ejus caput?

19. Quo loco positum est ejus corpus?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Ne principibus quidem Dei leges licet auferre.*

Herodes erat dignitate regia: eum tamen fratris sui uxorem habere in matrimonio, nefas erat.

II. *Dei ministros oportet dicere verum, etiam si quidvis sit experiendum.*

Id quod bene executus est Joannes, qui tacendo & blandiendo optime vitam servare potuisset suam.

III. *Siracides recte ita dixit: Qui saepe jurat, saepe peccat.*

Jurejurando incidit Herodes in discrimen faciendi, aut perjurium, aut cædem.

BONÆ MEDITATIONES.

Joannis falsis perstringit crimina verbis,
 Herodes avide percipit atque fugit
 Multa quidem; verum summi domini
 manet hostis.

Quid causæ, quæris? defuit alma fides:
 Ergo fiden' veram semper servare studebo,

Atque laborabo moribus esse bonis.

HISTORIA XXV.
DE QUINQUE HOMINUM
MILLIBUS A JESU SATURATIS.

Matth XIV, Marc. VI & Jo. VI Cap.

(1) **J**esus trajecit lacum Tiberiadis, Joh. VI,
 (2) sequente eum frequenti 1.
 hominum multitudine. (3) ut vide- 2.
 rent, quam portentosa faceret in ægro-
 tantibus. (4) Conscendit autem Jesus 3.
 montem, & ibi cum suis discipulis re-
 sedit. (5) Conspecta tanta hominum Marc. VI
 multitudine misertus est eorum, (6) 34.
 quod erant perinde ac pastorem non
 habentes oves, (7) eosque multa do-
 cere aggressus est. (8) Postquam au- 35.
 tem jam fera venit hora, ejus disci- 36.
 puli dixerunt, eos dimitti nunc par
 esse, ut in finitimos pagos vicosque
 profecti, panes sibi comparent. (9) 37.
 Jesus vero eis præberi jussit cibum.

Perspicuæ Questiones.

1. Quid Jesus trajecit?
2. Quis est eum secutus?
3. Quamobrem sunt secuti?
4. Ubi Jesus resedit?
5. Quo animo affectus est Jesus?
6. Cui rei erant homines similes?
7. Quid docuit eos Jesus?
8. Quid vespere dixerunt discipuli?
9. Quid Jesus jussit?

- Joh. VI, (10) Inprimis Philippo dixit: Unde
 5. panes ememus, quos hi comedant?
 6. (11) Id autem dicebat ejus tentandi
 gratia; sciebat enim ipse, quid factu-
 7. rus esset. (12) Cui Philippus ita re-
 spondit: Ducentorum denariorum pane-
 nes non fatis sunt eis, ut eorum quis-
 que paululum accipiat. (13) Ille cum
 Marc. VI 38. dein, quot haberent panes? quæsisset,
 Joh. VI, Andreas sic eum alloquitur: (14)
 8. 9. Est hic quidam puer, qui habet quin-
 que panes hordeaceos & duo pisces:
 sed hæc quantula sunt ad tam multos?
 10. (15) & Jesus: Facite, inquit, ut ho-
 mines discumbant. (16) In gramine
 igitur, quod eo loco erat, discubuerunt.
 Marc. VI 40. (17) Postquam in classes distributi
 centeni & quinquageni discubuerant,
 Joh. VI, (18) Jesus sumtos panes, actis gra-
 11. tiis, distribuit discipulis: (19) Disci-

10. Quid inprimis Philippo dixit?

11. Quare id dixit Jesus?

12. Quid Philippus respondit?

13. Quid deinde quæsivit Jesus?

14. Quibus verbis Andreas eum allocutus est?

15. Quid mandavit Jesus?

16. Quo loco discubuerunt homines?

17. Quomodo distributi erant?

18. Quibus Jesus panes distribuit?

19. Quibus discipuli distribuerunt?

puli porro discumbentibus, (20) itidemque ex piscibus quantum voluerunt; (21) comederuntque cuncti ad satietatem. (22) Quibus expletis mandavit discipulis suis, ut superantia frustra colligerent, ne quid periret, (23) Et sublata sunt fragmentorum duodecim canistra plena, nec non ex piscibus. (24) Qui comederant autem, erant virorum circiter quinque millia præter fœminas & parvulos. (25) Igitur homines videntes, quod ostentum edidisset Jesus, dicebant eum verè illum esse, qui in orbem venturus esset.

Marc. VI
42.
Joh. VI,
6.

Marc. VI
43.

Matth.
XIV, 21.

Jo. VI,
14.

20. Quorsum pisces?
21. Adeone exiguus apparatus tum suffecit?
22. Quid Jesus de frustis præcepit?
23. Quot canistra fragmentorum erant plena?
24. Quot comederant de panibus?
25. Quid homines miraculo illo commoti dicebant?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *In quovis canistro inscribi possunt verba: Unica nos Domini nutrit alitque manus.*

Andreas: Hæc quantula sunt, inquit, ad tam multos? sed ubi alma Dei manus accessit, quinque millia hominum saturata sunt.

II. *Esurum omittere preces non decet.*

Id quod Christi docemur exemplo, qui sumto pane prius gratias coelesti egit patri, quam distribui jussit.

III Si quid alimenterum superest, ne pereat, cavendum.

Propterea Christus, ut discipuli sui frustra superantia in canistra colligerent, mandavit.

BONÆ MEDITATIONES.

Principio populus quæsit fercula mentis,

Pellitur & posthæc ventris amara fames.
Nos temere cupimus cumprimis pabula ventris,

Post animus noster vult & habere cibum.

Efurit inprimis cœlorum regna Deumque
Mens mea: Namque Deus sponte alimenta dabit.

HISTORIA XXVI. DE PETRO PER LACUM IN- AMBULANTE.

Matth. XIV, Marc. VI & Job. VI Cap.

Matth.
XIV, 2.

23.

22.

Marc, VI
47.

(1) **Q**uinq̄ue hominum millibus satiatis montem conscendit Jesus seorsum precandi gratia. (2) Discipulos vero suos coëgit navem conscendere, & ante se trajicere. (3)

Perspicuæ Questiones.

1. Quid Jesus saturatis multis hominibus aggressus est?
2. Quid vero discipulos suos coëgit?
3. Vesperane postera una cum discipulis Jesus fuit?

Illæ

Illa igitur vespera Dominus Jesus a suis absuit discipulis, (4) cum ventus teneret adversum proficiscentibus, & navis vexaretur fluctibus. (5) Deinde circa quartam noctis vigiliam venit ad eos Jesus per lacum ingrediens. (6) Quem in lacu ambulantem conspicati ejus discipuli, turbati sunt, spectrum esse dicentes. (7) Hic vero protinus eos alloquens Jesus: Bona este animo, inquit, ego sum, ne metuite. (8) Et Petrus respondens, Domine, inquit, si tu es, jube me ad te venire per aquam. (9) Et ille: Veni. (10) Tum degressus de navi Petrus, ingreditur per aquam, ut Jesum adiret. (11) Sed ventum cernens vehementem, (12) timuit, & submergi

Matth.
XIV, 24.

Marc. VI
48.

Matth.
XIV, 26.

27.

28.

29.

30.

4. Quid in lacu experti sunt discipuli?
5. Quid viderunt circa quartam noctis vigiliam?
6. Quid cogitarunt discipuli conspicantes Jesum in lacu ambulantem?
7. Quonam modo se Jesus cognoscendum præbuit?
8. Quid sibi vult Petrus?
9. Quid Jesus respondet?
10. An Petrus ingressus est per aquam?
11. Quid vero ipsi in lacu accidit?
12. Virumne se præstitit Petrus in periculo?

incipiens sic exclamavit: Domine, ferva me. (13) Tum Jesus continuo porrecta manu eumprehendit; (14) & o parum fidens, inquit ei, cur dubitasti? (15) Deinde eis navem ingressis, placatus est ventus, (16) ac protinus navis ad terram, ad quam tendebant, est appulsa. (17) Qui vero erant in navi, ei honorem præbitum venerunt, dicentes: Vere Dei filius es.

Matth.
XIV, 31.

32.

Joh. VI,
21.

Matth.
XIV, 33.

13. Quid Dominus Jesus facit?
14. Quomodo Petrum reprehendit?
15. Quo se receperunt?
16. Quemadmodum navigatio cessit eis?
17. Quid homines, qui erant in navi, dixerunt?

SENTENTIÆ UTILES.

- I. *Jesus precaturus conscendit montem solus.*
Ita decet nos quoque solitudinem diligere, si quando cum Deo loqui cupimus.
- II. *Petrus per aquam ingreditur initio forti animo, statim vero clamare incipit: Domine, ferva me.*
Ejusmodi est fides nostra, ut modo sit firma, modo imbecillis.
- III. *Circa quartam noctis vigiliam in lacu ambulavit Jesus.*

Quatuor noctis vigiliæ fuerunt Judæis, quarum prima fuit a sexta ad nonam horam, altera a nona ad mediam noctem, tertia a media nocte ad tertiam horam, & quarta a tertia hora ad sextam matutinam.

BONÆ MEDITATIONES.

Christo vult audax occurrere Petrus in unda,

Dum vero tentat, magna pericla subit:
Incedens timido pede Petrus fidere cœpit,

Sed Christus digitis illico prensat eum.

Est mihi, quam calco, tellus tanquam unda profunda,

Ne merfus peream, porrige, Christe, manum.

HISTORIA XXVII.
DE MULIERE CHANANÆA.

Matth. XV & Marc. VII Cap.

(1) **J**esus contulit se in Tyrios Sidoniosque tractus. (2) Ingressus ibi domum quandam nolebat id scire quenquam; sed non potuit latere. (3) Mulier enim Chananæa ab illis profecta finibus, clamabat ad eum his verbis: (4) Miserere mei, Davidis nate: Filia mea male a dæmonio vexatur. (5) Sed cum ille nihil ei respondisset, (6) aggressi eum ejus disci-

Matth.

XV, 21

Marc.

VII, 24.

Matth.

XV, 22.

23

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quo se Jesus contulit?
2. Quo ingressus est?
3. Quis eum adesse compererat?
4. Quid clamavit mulier Chananæa?
5. Quid servator respondit?
6. Quis pro misera intercessit?

Matth.
XV, 24.

puli sic rogare: (7) Absolve eam; clamat enim pone nos. (8) At ille respondens: Non sum missus, inquit, nisi ad oves perditas Israëliticæ domus.

25. (9) Cumque illa venisset, & ei præbens honorem diceret: Domine, succurre mihi;

26. (10) ille sic respondit: Non convenit sumere liberorum panem,

27. & objicere catellis. (11) Et illa: Ita est, Domine; & tamen catelli quoque comedunt de micis, quæ decidunt de mensa dominorum suo-

28. rum. (12) Tum Jesus respondens: O mulier, inquit ei, magna est fides tua, quod vis, obtineto. (13) Ita sanata est ejus filia eadem illa hora.

Marc.
VII, 30.

(14) Domum enim suam profecta invenit egressum dæmonium & jacentem in lecto filiam.

7. Quid discipuli ei dixerunt?

8. Quid ille respondit?

9. An propterea mulier discessit?

10. Quam Dominus Jesus adduxit similitudinem?

11. Quomodo mulier similitudinem in suum vertit commodum?

12. Quid Jesus ei respondit?

13. Quid filiæ contigit?

14. Quid mulier domi invenit?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *CruX cogit nos confugere ad Deum.*

Quod videre est in muliere afflicta, quæ
Jesum, licet latere vellet, quæsit.

II. *In precibus perseverandum est.*

Mulier Chananæa orare non destitit, licet
aspere tractaretur.

III. *Mulierum fides est non raro firma fides.*

Hinc Christus: O mulier, inquit, magna
est fides tua. Contra discipulos sæpe
sic allocutus est: O vos parum
fidentes.

BONÆ MEDITATIONES.

Non est esca canum panis quoad esurit
infans;

Non canibus, verum cœna paratur
hero.

Frangere namque famem catuli vel fru-
stula possunt,

Atque levare sitim juscule mista parum.

O Deus, inflectam me blandus more ca-
telli,

Fac, mihi det micæ gratia larga tua.

HISTORIA XXVIII.

DE CHRISTI TRANSFORMA-
TIONE, QUÆ ACCIDIT EI IN
MONTE THABOR.

Matth. XVII, Marc. IX. & Luc. IX Cap.

(1) Dominus Jesus conscendit mon-
tem precandi gratia, (2) as-
Perpicuæ Quæstiones.

Luc. IX,

28.
Matth.

XVII, 1.

1. Quo Jesus ivit oratum?

2. Quot assumpsit discipulos?

sum-

- Luc. IX, fumto Petro, Jacobo & Joanne. (3)
 29. Atque Jesu precante facta est ejus vul-
 tus species alia. (4) Nam facies solis
 Matth. modo resplenduit, (5) ejusque ve-
 XVII, 2. stimenta cœperunt fulgere & esse tam
 Marc. IX 3. alba quam est nix, quomodo nullus
 Luc. IX, in orbe fullo dealbare posset. (6)
 30. Et duo apparuere viri, qui erant Mo-
 31. ses & Elias, non sine splendore; (7)
 qui dixerunt Jesu exitum, quo per-
 32. functurus erat Hierosolymæ. (8) Pe-
 trus vero & ejus comites somno gra-
 vati, (9) postquam experrecti sunt,
 Matth. viderunt Jesu splendorem. (10) Tum
 XVII, 4, Petrus Jesum alloquens: Domine, in-
 Luc IX, quit, bonum est hic esse nos. Si vis
 33. faciamus hic tria tabernacula, tibi
 unum, Mosi unum & Eliæ unum. (11)
 34. Hac eo loquente lucida nubes illos

3. Quid Jesu precante factum est?
4. Quænam fuit ejus facies?
5. Cujus coloris erant ejus vestimenta?
6. Quinam duo viri apparuerunt?
7. Quid dixerunt?
8. Quid discipulis interea accidit?
9. Quid experrecti viderunt?
10. Quibus verbis semisomnus Petrus Jesum alloquitur?
11. Quid illos obumbravit?



obumbravit, (12) & ex nube vox extitit, ita dicens: Hic est meus charissimus filius, qui mihi acceptus est, hunc audite. (13) Hoc audito sermone magnopere territi discipuli, cecidere proni. (14) At Jesus eos aggressus, tetigit: Surgite, inquit, neque metuite. (15) Tum illi sublatis oculis neminem viderunt, nisi solum Jesum.

Matth.
XVII, 5.

6.

7.

8.

12. Quæ vox est audita?
13. Quo animo fuerunt discipuli?
14. Quis consolatus est discipulos?
15. Quis transformationis fuit exitus?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Tempore, quo Christi facies est transformata, ei apparuerunt Moses & Elias.*

Sequitur igitur, ut post hanc vitam sit alia; quod ambo viri isti viventes erant, cum tamen ante multa secula e mundo emigrassent.

II. *Petrus noverat Mosem & Eliam, licet antea eos nunquam vidisset.*

Unde probabile admodum videtur, fore, ut in cælo electi inter se distincte cognoscant.

III. *Moses & Elias multa luce coruscantes apparuerunt.*

Similiter quoque Christus aliquando humile nostrum corpus sic transfigurabit, ut eandem cum ejus glorioso corpore formam habeat.

BONÆ MEDITATIONES.

Ceu solis splendor facies tua, Christe, refulget,

Cum tu Servator clarior esse cupis.

Nunc quoties animo præstantem cogito formam,

Hunc toties montem me tetigisse velim.

Tam mihi felici in mundo non esse licebit,

In cœlo formam, Christe, videbo tuam.

HISTORIA XXIX.

DE LUNATICO.

Matth. XVII, Marc. IX & Luc. IX Cap.

Luc. IX, 38. (1) **V**ir quidam habuit filium unicum, qui fuit lunaticus. (2) Marc. IX 17. Mutus qui in eo erat spiritus miserum corripuit vehementer, (3) atque 18. laceravit, ut spumaret & dentibus strideret ac tabesceret. (4) Quin etiam 22. diabolus eum sæpe & in ignem coniecit, & in aquam, ut eum perderet. (5) Pater eum quidem discipulis Matth. XVII, 16 Domini Jesu adduxerat, sed eum non

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quem dolorem homo quispiam ex filii calamitate cepit?
2. Quis spiritus puerum illum occuparat?
3. Quid filio accidit, quo angeretur pater?
4. Quæ omnium maxima fuit calamitas?
5. A quo homo ille petierat auxilium?

potuerant sanare. (6) Tandem ipse aggressus Jesum congenulans petiit, ut spectaret ejus filium. (7) Adducto filio simulac Jesum vidit spiritus, convulsit puerum ita, ut collapsus, humi volutaretur spumans. (8) Jesus ejus ex patre sciscitatus est, quamdiu esset, cum id ei accidisset? (9) & pater respondit: Jam a pueris; (10) lamentansque dixit: Si quid potes, succurre nobis, nostri misertus. (11) Et Jesus: Si quidem potes, inquit ei, credere; omnia fieri possunt credenti. (12) Hic protinus exclamans pueri pater, cum lacrymis: Credo, inquit, Domine, succurre infidelitati meæ. (13) Jesus increpans impurum spiritum, mandavit ei, ut emigraret, nec amplius in istum intraret. (14) Tum ille exclamando puerumque ve-

Matth.
XVII, 14
Luc. IX,
38.
Marc. IX
20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

6. Quem porro est aggressus?
7. Quid filio accidit ad Jesum adducto?
8. Quid Jesus sciscitatus est ex patre?
9. Quid ipsi responderetur?
10. Quid a Jesu petiit pater?
11. Quid a patre postulavit Jesus?
12. Quomodo pater Christo probavit fidem?
13. Quid Jesus impuro mandavit spiritui?
14. Quo successu?

- hementer laniando exiit. (15) Filius perinde fuit ac mortuus, ita ut multi mortuum esse dicerent. (16) At Jesus eum manu prehensum allevavit, atque ille surrexit. (17) Eum autem domum ingressum discipuli seorsum interrogarunt, cur ipsi eum expellere nequivissent? (18) Jesus generatim propter incredulitatem eorum non potuisse fieri asserit, confirmatque eis, si tantum fidei haberent, quantum esset granum sinapis, posse eos, ut montes migrarent, efficere. (19) Speciatim autem Jesus de hoc spiritu edisserit, hoc genus nullo modo posse ejici nisi precibus & jejuniis.
- Marc. IX
27.
28.
Matth.
XVII, 20
21.
Marc. IX
29.

15. Ut se habuit puer?
16. Quis ei penitus restituit valetudinem?
17. Quid Jesum discipuli domi seorsum interrogarunt?
18. Quam causam impotentiae discipulorum adducit?
19. Quid, qua ratione possit ejici hic spiritus, Christus docet?

SENTENTIÆ UTILES.

Ex recensione isthac cognoscitur, quanta sit.

I. *Vis diaboli.*

Hicce enim lunaticum conjecit in ignem & aquam.

II. *Vis Domini Jesu.*

Cujus jussu spiritui emigrandum fuit, nec
ei redire licuit.

III. *Vis fidei.*

Christus enim: Omnia, inquit, fieri pos-
sunt a credente.

BONÆ MEDITATIONES.

Hoc Dominus Jesus prodit memorabile
dictum:

Confidens toto pectore cuncta potest.
Dum pater ægroti fidit speratque leva-
men,

De nato Christus dæmona pellit atrum.
Hancce fidem teneo, patiar nec tollier
unquam,

Firma, Christe, brevem pertenuem-
que fidem.

HISTORIA XXX.
DE CÆCO NATO.

Joan. IX Cap.

(1) Præteriens Jesus vidit hominem Joh. IX,
a nativitate cæcum, (2) de ^{1.} 2.
quo eum interrogarunt ejus discipuli:
utrum, quia peccavisset ipse, an quia
ejus parentes, cæcus sit natus? (3) ^{3.}

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quidnam Jesus præteriens vidit?
2. Quid interrogarunt discipuli de homine
cæco nato?
3. Quid Jesus discipulis respondit?

U

Qui-

Quibus Jesus respondit; id, neque
 quia ipse, neque quia ejus parentes
 peccavissent, sed ut in eo divina ope-
 Joh. IX, ra patefierent, esse factum. (4) Pau-
 6. lo post Jesus spuit humi, & ex spu-
 7. to lutum fecit, quod lutum cæci ocu-
 8. lis illevit; (5) eumque jussit ire lo-
 9. tum in piscina Siloa. (6) Ut cæcus
 10. ivit, seque lavit, cœpit videre. (7)
 Vicini quærebant: Num is est, qui
 11. antea sedebat & mendicabat? (8) alii
 eum esse, alii ejus similem esse dice-
 12. bant; (9) ipse, eum se esse ajebat.
 (10) Deductus ad Phariseos, rem, si-
 13. cut acciderat, recensere jubetur. (11)
 Cum autem Jesus sabbatho, facto lu-
 14. to, ejus aperuisset oculos, (12) alii
 15. dixerunt: Eum hominem a Deo non
 esse, quod sabbathum non ageret.
 (13) Alii sic dicere: qui posset im-

4. Quomodo Jesus cæci oculos aperuit?
5. Quo cæcum ire jussit se lotum?
6. Quid lotionem istam profecit?
7. Quid vicini quæsierunt?
8. Quæ ortæ sunt dissensiones?
9. Quid cæcus ille dixit?
10. Quo mendicantem deduxerunt?
11. Quo die cœpit videre?
12. Quid de Jesu judicaverunt Pharisei?
13. Quid alii dixerunt?

probus homo tam prodigiosa facere? Joh
 (14) Cæcus interrogatus: Vatem, in- Joh. IX,
 quit, esse illum. (15) Dein arcessi- 17.
 tos ejus parentes interrogarunt: num 18.
 hicce esset eorum filius? (16) Qui- 20.
 bus ejus parentes ita responderunt:
 Hunc filium esse nostrum & cæcum
 fuisse natum, scimus. (17) Interro- 19.
 gati porro: Qua ratione ejus oculi
 essent aperti, (18) dixerunt: Ipsum 21.
 filium jam satis esse grandem, ipsum
 posse interrogari. (19) Hæc eo dixe- 22.
 runt ejus parentes, quod Judæos for-
 midabant & metuebant, ne forte sy-
 nagogæ communionem privarentur. (20) 29.
 Postea Judæi: Unde hic, inquit, sit,
 nescimus. (21) At homo contra, qui 33.
 fuerat cæcus: Nisi esset a Deo, in-
 quit, ejusmodi miracula facere haud
 posset. (22) Sententiam quoque ad-

14. Quid asserit mendicus de Jesu?
15. Quem arcessi jusserunt Judæi?
16. Quid parentes responderunt?
17. Quid porro a Judæis sunt interrogati?
18. Quid parentes dixerunt?
19. Cur sensa animi celabant?
20. Quid facti sunt de Jesu Judæi?
21. Quid vero mendicus de eo sensit?
22. Quam egregiam sententiam adducit mendi-
cus?

Joh. IX, ducit illam: Scimus improbos a Deo
 31. non audiri, sed si quis pius est, &
 34. ejus voluntati paret, hunc audit. (23)
 Quibus dictis ad iram commoti eum
 foras ejecerunt.

23. Qua ratione dimissus est ?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Quendam cæcum natum esse audimus.*

Qui cæcus est, miser est. Agamus igitur Deo gratias, quod nobis dederit visum, eumque usque ad præsentem servaverit horam.

II. *Aut mendicum aut ejus parentes peccasse arrisati sunt discipuli; utrosque vere Christus exauisat.*

Non igitur decet semper, si cui aliquid mali accidat, dicere nos: Multis doloribus afficientur impii. Pf. XXXII, 10. Sed & dictum illud meminisse oportet: Multa sunt justorum mala. Pf. XXXIV. 20.

III. *Cæcus: improbos scimus, inquit, non audiri.*
 Timeamus ergo Deum, & quod ad ejus voluntatem pertinet, faciamus, ut certo, nos exauditum iri, possimus confidere.

BONÆ MEDITATIONES.

Piscinæ cæcus quo vultum perluit unda,
 Illo oculis acies tempore salva redit.
 Sum similis cæcis, cum desint lumina mentis;
 Unde meis oculis unda salubris erit?
 Sancta cruentati modo Christi vulnera sumgam,

Succus sic oculis abluet omne malum.

HISTORIA XXXI.
DE MARTHA ET MARIA.

Luca X Cap.

(1) Dominus Jesus iter faciens in- Luc. X,
 greditur in quendam vicum, 38.
 (2) ubi eum mulier quædam nomine
 Martha domi suæ recepit. (3) Huic 39.
 foror erat nomine Maria, (4) quæ ad
 Jesu pedes assidens audiebat ejus ora-
 tionem. (5) Martha vero, cum, Chri- 40.
 stum cultura, non parum ministerio
 distraheretur, (6) Domino Jesu sic
 dicere institit: Domine, hoccine non
 curas, quod mea foror solam me mi-
 nistrare sinit? dic igitur ei, ut me
 adjuvet. (7) Cui Jesus respondens: 41.
 Martha, Martha, inquit, tu de mul-
 tis sollicita turbaris, & uno est opus.
 (8) Maria bonam conditionem elegit, 42.
 quæ quidem ab ea non auferetur.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quo Jesus rursus ingreditur?
2. Quis eum domi suæ accepit?
3. Quam Martha habuit sororem?
4. Quid faciebat Maria?
5. Quid Martha interea egit?
6. Quid Martha Jesu dixit?
7. Quid ei Jesus respondit?
8. Quid de ejus sorore Maria judicavit Jesus?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Cura rei domesticæ pulcra est virtus.*

Quam in Martha multum operæ impendente, ut Domino Christo ministraret, cognoscimus.

II. *Nec minus pulcra virtus est religio.*

Quam de Maria, quæ ad Jesu pedes assidens audiebat ejus orationem, discere possumus.

III. *Cura vero rei domesticæ longe præstantior virtus est religio.*

Id quod a Christo, qui uno opus esse, Mariamque bonam conditionem elegisse dicit, docemur.

BONÆ MEDITATIONES.

Advolvit pedibus Christi se casta Maria,

Ut dulces voces hauriat aure sua:

Anxia Martha domi contra hiuc illucque cucurrit,

Nos ambæ studio multa docere queunt;

Quæ fidei virtus, poterit dictare Maria,

Martha bonum nobis monstrat amoris opus.

HISTORIA XXXII.
DE FILIO PERDITO.

Luc. XV Cap.

Luc. XV. (1) **H**abebat homo quidam duos filios, (2) quorum junior competentem bonorum partem sibi a pa-

11.
12.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quot homo quidam habebat filios?
2. Quid junior postulavit?

tre dari postulavit. (3) Itaque pater
 divisit eis facultates, deditque juniori,
 quod ad eum poterat pertinere. (4) Luc. XV
13.
 Congestis omnibus filius in longin-
 quam regionem peregre profectus est,
 atque illic facultates suas luxuriose vi-
 vendo prodegit. (5) 14. Postquam om-
 nia absumperat, orta in illa regione
 gravi fame cœpit indigere. (6) 15. Ita-
 que adiit ejus regionis civium quen-
 dam, & apud eum hæsit, atque ille
 eum in prædium suum misit ad pascen-
 dos porcos. (7) 16. Isque eo venit, ut
 cuperet ventrem suum replere filiquis,
 quas porci comedebant, nec ei quis-
 quam dabat. (8) 17. Igitur ad sese rever-
 sus ita cogitare: Quam multi mei pa-
 tris mercenarii panibus circumfluunt,
 & ego fame pereor! (9) 18. Recipiam
 me ad meum patrem, eique dicam:
 Pater, & in cœlum & adversum te 19.

3. An pater dedit competentem bonorum par-
tem filio?
4. Quomodo facultatibus suis est usus?
5. Quæ orta est calamitas in peregrina re-
gione?
6. A quo conductus est?
7. Quid pascenti porcos evenit?
8. Quid filius ille perditus cogitare cœpit?
9. Quid secum statuit?

peccavi, ita ut jam non sim dignus, qui dicar tuus filius; utere me perinde ac uno tuorum mercenariorum.

Luc. XV, (10) Ita profectus venit ad patrem suum; (11) quem adhuc procul absentem conspicatus pater, misertus accurrit, eique in collum infiliit, & eum deosculatus est. (12) Et filius sic illum allocutus est: Pater, & in cœlum & adversum te peccavi, ita ut jam non sim dignus, qui dicar tuus filius. (13) At pater: Proferte, inquit suis servis, priorem stolam, eumque induite, & ejus manui annulum adhibete, & calceos pedibus; (14) eductumque vitulum altilem mactate, læteque epulemur: (15) Nam hic filius meus, qui erat mortuus, revixit: & qui perditus erat, inventus est. (16) Ut lætari cœperunt, filius ejus natu grandior rure rediens audivit concentum atque choros in patris

10. Itane, ut statuerat, fecit?

11. Quemadmodum eum accepit pater?

12. Quibus verbis perditus filius allocutus est patrem?

13. Quæ vestimenta dedit pater?

14. Quid pater illius causa jubet mactari?

15. Quid pater lætus dixit?

16. Ubi interea natu grandior filius fuit?

domo. (17) Vocato uno famulorum Luc. XV
 sciscitatus est ex eo, quid ea sibi vel- 26.
 lent? (18) Cui ille: Venit tuus fra- 27.
 ter, inquit; itaque maſtavit tuus pa-
 ter altilem vitulum, quod eum rece-
 perit incolumem. (19) Quo sermo- 28.
 ne graviter commotus ille natus no-
 luit ingredi domum. (20) Cumque
 pater ejus egressus eum hortaretur,
 (21) ille patri respondit in hunc mo-
 dum: Ego tot annos tibi servio, nec 29.
 unquam contra tuum præceptum fe-
 ci; (22) & tu mihi nunquam vel
 hædum dedisti, ut cum meis amicis
 lætarer. (23) At iste tuus filius, qui 30.
 facultates suas cum scortis abliguriit,
 ubi venit, tu ei altilem vitulum ma-
 ctasti. (24) At ille: Nate, inquit ei, 31.
 tu mecum semper es, & omnia mea
 tua sunt. (25) Enimvero lætari & 32.

17. Quid sciscitatus est ille filius?
18. Quid famulus respondit?
19. Num id placuit illi nato?
20. Ut se ei præbuit pater?
21. Quid filius ille major respondit patri?
22. Quid patri successit?
23. Quid de fratre conquestus est?
24. Quodnam solatium ei dedit pater?
25. Quid hortatus est pater?

gaudere oportuit ; (26) quod tuus hic frater, cum mortuus esset, revixit, cum perditus esset, inventus est.

26. Cur cum lætari voluit ?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Peccatum sequuntur calamitates maxime.*

Quod videmus in filio degenerare, qui ita indigere cœpit, ut ne ei filiquis quidem, quas comedebant porci, ad satietatem vesci liceret.

II. *Si quis deliquit, eum oportet reverti, penitentiamque agere.*

Ita degeneris filii monemur exemplo, qui ad patrem revertens : Pater inquit, in cœlum & adversum te peccavi.

III. *In gratiam cum Deo redit, qui seriam agit penitentiam.*

Per patrem enim perditum filii intelligitur nemo, nisi misericors Deus, qui in cœlo & in terra pater est.

BONÆ MEDITATIONES.

Cum porcis filiquas natus malus appetit,
ille,

Postquam cum scortis dilapidatus erat
Nummus. Sic exit juvenum lascivia pas-
sim,

Qui stolidi nihili iussa parentis habent.
O Deus, istius generis peccata cavebo,
Ne sit cum porcis esca voranda mihi.

HISTORIA XXXIII.
DE DIVITE QUODAM
HELUONE.

Luc. XVI Cap.

(1) **E**rat homo quidam dives, (2) ^{Luc. XVI, 19.} qui purpura & bysso vestiebatur, (3) quotidie laute voluptatibus indulgens. (4) Erat & quidam ^{20.} pauper, (5) nomine Lazarus, (6) qui ad ejus vestibulum jacebat ulcerosus, (7) cupiensque saturari micis, ^{21.} quæ de divitis mensa decidebant. (8) Quin & canes veniebant, & ejus ulcera lungebant. (9) ^{22.} Accidit autem, ut moreretur pauper, (10) & ab Angelis in Abrahami gremium auferretur. (11) Mortuus est & dives &

Perspicuæ Quæstiones.

1. De quo homine differit Jesus?
2. Quemadmodum vestiebatur?
3. Quemadmodum præterea vitam egit?
4. Quis ad ejus vestibulum jacebat?
5. Quodnam nomen fuit pauperi?
6. Quæ erat pauperis conditio?
7. Quid pauper cupivit?
8. Quomodo canes ei benefaciebant?
9. Quid pauperi accidit?
10. Quo sublatus est ejus animus?
11. Quid accidit diviti?

- Luc. XVI, 23. sepultus. (12) Atque is in orco, sub-
 24. latis oculis, cum esset in cruciatibus,
 (13) aspicit Abrahamum procul, (14)
 & in ejus gremio Lazarum. (15) Et:
 Pater Abrahame, inquit clamans, mi-
 25. serere mei! (16) & mitte Lazarum,
 qui summo digito suo in aqua intin-
 cto mihi linguam refrigeret: (17)
 Crucior enim in hac flamma. (18)
 At Abrahamus: Nate, inquit, me-
 26. mineris & te tuis bonis in vita tua,
 (19) & Lazarum malis esse defun-
 ctum. (20) Nunc & hic in solatio,
 & tu in dolore es. (21) Præterea
 constat omnino inter nos & vos vasta
 vorago, (22) ut qui velint hinc ad
 vos transire, non possint, neque qui
 27. isthic sunt, ad nos trajiciant. (23)

12. Quo est raptus?
13. Quid dives ex orco conspicit?
14. Quis erat in Abrahami gremio?
15. Quid dives clamans inquit?
16. Quodnam beneficium ab Abrahamo petiit?
17. Cur frigidam petiit?
18. Qua ratione cum consolatus est Abrahamus?
19. Quid contra de Lazaro dixit?
20. Quodnam hos inter discrimen facit?
21. Quæ vorago est inter cælum & infernum?
22. Nonne beati & damnati possunt conver-
 nire?
23. Quid denuo dives petiit?

Tum ille: Rogo igitur, te, Pater, ut eum in mei patris domum mittas; (24) ut meos fratres (habeo enim Luc. XVI, 28. quinque) commonefaciat, ne ipsi quoque in hunc cruciatus locum veniant. (25) At Abrahamus: Habent 29. Mosem & vates, inquit ei, eos audiant. (26) Et ille: At vero, Pater 30. Abrahame, si quis a mortuis ad eos fuerit profectus, corrigent se. (27) 31. Si Mosem, inquit Abrahamus, & vates non audiunt, nec, si quidem quispiam ex mortuis resurgat, obtemperabunt.

24. Quid in gente sua curatum voluit?
25. Quid Abrahamus respondit?
26. Quid ille opposuit?
27. Quibus tandem verbis cum Abrahamus dimittit?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Discimus inde, quo animi morientium profiscantur fidelium?*

Ab Angelis tolluntur in Abrahami gremium, ubi cum Lazaro afficiuntur solatio.

II. *Discimus, quo improborum animi e corpore migrantes auferantur.*

In orcum & cruciatus locum, ubi cum divite homine clamantes inquit: Crucior in hac flamma.

III. *Discimus tandem ex inferno posse redimi neminem.*

Tam enim vasta inter cælum & infernum est vorago, ut nulla ratione possit conveniri.

BONÆ MEDITATIONES.

Mitte meo (dives cum sim,) me vivere more,

Sufficit æs memet solvere posse meum.

Erras, si sapiens etiam videaris, Amice,

Ex illo regulas divite disce duas.

Primum magnifice ne cunctis vive diebus,

Pauperis ægroti postea frange famem.

HISTORIA XXXIV.
DE PUERIS, QUIBUS JESUS
BENE EST PRECATUS.

Matth. XIX, Marc. X & Luc. XVIII Cap.

Luc. XVIII, 15. (1) **A**fferebant ad Jesum parvulos,
Marc. X, 13. (2) ut eos tangeret. (3)
14. Discipuli vero eos, a quibus adducebantur, objurgabant. (4) Quo viso
Matth. XIX, 14. indignatus Jesus, dixit eis: (5) Sinite
Marc. X, 15. pueros ad me venire, neve eos prohibete: (6) Talium enim est Dei

Perspicuæ Questiones.

1. Quid ad Jesum afferebant?
2. Quid de pueris a Jesu perierunt?
3. Quid audebant discipuli?
4. An Jesus homines ita objurgari passus est?
5. Quibus verbis discipulos suos reprehendit?
6. Quam sententiam de pueris tulit Jesus?

re-

regnum. Hoc pro certo habetote, qui DEI regnum non acceperit ut puer, eum non esse in id ingressurum. (7) Deinde eos complexus ulnis & manibus eis impositis eis bene precatus est.

Marc. X,
16.

7. Quemadmodum Jēsus pueros tractavit?

SENTENTIÆ UTILES.

I. Parentes suos liberos ad Christum adduxerunt, eosdem ut tangeret.

Idem hodie & omnes christiani parentes faciunt mittentes liberos suos in ludum, ubi Christus ministros suos, qui pueros ejus nomine accipiunt, habet.

II. Dominus Jēsus pueros osculatus, eisque impositis manibus bene precatus est.

Id quod potest esse honoris atque solatio magistris omnibus, quibus cum parvulis res est. Dominum enim Jēsum parvulorum non puduisse, apparet.

BONÆ MEDITATIONES.

Non tantum miseros, qui sunt ætate gravati,

In regno Christus suscipit atque fovet;
Sed quoque dat pueris, quos diligit, oscula parvis,

Imponens digitos fausta precatur eis.
Ad Jēsum Christum pueri properabimus omnes,

Qui nostris votis prosperiora dabit.

III.

HISTORIA XXXV.
DE ZACHÆO CHRISTI
HOSPITE.

Luc. XIX Cap.

Luc.
XIX, 1.

- (1) **J**esu per Hierichuntem eunte ad-
erat quidam vir, qui nomine
2. Zachæus vocabatur, (2) publicano-
3. rum magister, isque dives. (3) Is
cum conaretur Jesum videre, quis ef-
fet, neque pro hominum turba posset,
(4) utpote qui esset statura parvus,
4. (5) præcurrit, & in caprificum ascen-
dit, ut eum videret: Nam illac tran-
5. siturus erat. (6) Ad eum locum ubi
venit Jesus, suspexit, & eo viso sic
ei dixit: (7) Zachæe, descende pro-
pere: Hodie enim mihi domi tuæ ma-
6. nendum est. (8) Atque ille celeriter
7. descendit, eumque lætus accepit. (9)
Quo viso fremebant omnes, quod

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quis vir erat Hierichunte?
2. Quo fungebatur officio?
3. Quid conabatur?
4. Quid eum impedivit?
5. Quid cepit consilii?
6. Jesusne eum conspexit?
7. Quid Jesus Zachæo in arbore hærenti dixit?
8. Numnam Zachæus obsecutus est?
9. Quid ea de re sentiebant homines?

ad

ad hominem improbum diversatum
ivisset. (10) Zachæus vero Domi-
num sic alloqui institit: Scito me,
Domine, dimidium facultatum mearum
largiri pauperibus; quod si quem ulla
re fraudavi, reddo quadruplum. (11)
Tum Jesus ei dixit: Salutem eo die
partam esse ei domui, quatenus ipse
quoque Abrahamides esset. (12) Ve-
nisse enim homine natum ad perdita
quærenda atque servanda.

Luc.
XIX, 8.

9.

10.

10. Qua ratione Zachæus pœnitere se peccati ostendit?

11. Quid domui illius Jesus dixit esse partum?

12. Quid de homine nato edisserit?

SENTENTIÆ UTILES.

I. Zachæus in caprificum ascendit, ut Christum sibi aspicere liceret.

Qui fit, ut complures Christianorum sacris addicti ne domo quidem sua Christum colendi causa libenter exeant in templum.

II. Zachæus valens erat opibus, nihilo secius tamen ejus domui impertivit Christus salutem.

Unde cognoscitur, divites, si velint, in cœlum posse pervenire, licet eis multo plura sint impedimento, quam pauperibus.

III. Zachæus se quadruplum eorum reddiurum, quæ sibi essent male parva, promisit.

Ex quo patet, eum ex animo admitta peccata doluisse, id quod semper veræ pœnitentiæ consuevit esse initium.

BONÆ MEDITATIONES.

Zachæi vulgo non uno crimine noti.

Nequaquam Christus spernit inire domum.

Propterea vulgus mobilis commurmurat ira,

Christus utut miseris venerit auxilio.

Laudo Deum summum, miseros qui convocat omnes.

Ad me sic Jesum spero venire meum.

HISTORIA XXXVI.
DE LAZARO SUSCITATO.

Jo. XI Cap.

Jo. XI, 1. (1) **E**rat quidam ægrotus nomine Lazarus Bethaniæ, (2) habens duas sorores Mariam & Martham. (3) Quos uterinos singulos Jesus sibi optime notos amabat. (4) Sorores igitur Lazari miserunt Jesu significatum ita: Domine, scito eum, quem amas, ægrotare. (5) Hoc audito Jesus ita dixit: Hic morbus le-

Perspicuæ Quæstiones ?

1. Quis ægrotus Bethaniæ erat ?
2. Quæ *Perspicuæ Quæstiones* ?
3. Num Lazarus ejusque sorores Christo fuerunt noti ?
4. Quid sorores ambæ Christo significarunt ?
5. Quid Jesus dixit de morbo ?

tha-

thalis non est, sed ob Dei gloriam est, ut per eum celebretur Dei filius. (6) Non vero statim eo profectus Jo. XI, 6. est, sed tum mansit, in quo erat loco, duos dies. (7) Paulo post Jesus sic discipulos est allocutus: Lazarus amicus noster obdormivit. (8) Tum ejus discipuli: Domine, inquit, si obdormivit, salvus est. (9) Jesus vero tum aperte dixit: Lazarus mortuus est, sed proficiscamur ad eum. (10) Jesus ubi Bethaniam venit, Lazarus quartum jam diem egerat in monimento. (11) Multi Judæorum ad Martham & Mariam venerant, ut eas de suo fratre consolarentur. (12) Igitur Martha, ut Jesum venire audivit, ei obviam, sedente domi Maria, ivit; (13) & sic eum allocuta est: Domine, si tu hic adfuisses, meus

11.

12.

14.

15.

17.

19.

20.

21.

6. Num confestim profectus est Bethaniam?
7. Quibus verbis interea Jesus allocutus est discipulos?
8. Quid judicant de Lazaro discipuli?
9. Quomodo interpretatus est dormitionem?
10. Quando Jesus Bethaniam venit?
11. Quis venerat ad sorores istas?
12. Quemadmodum eum istæ sorores acceperunt?
13. Quibus verbis Martha Jesum allocuta est?

- Joh. XI, frater mortuus non fuisset; (14)
 22. quanquam nunc quoque scio, quic-
 23. quid a Deo petiveris, daturum esse
 24. tibi Deum. (15) Cui Jesus: Resur-
 25. get frater tuus. (16) Scio, inquit ei
 Martha, resurrecturum esse in resur-
 rectione ultima die. (17) Tum Chri-
 stus de se sic dicere est exorsus: Ego
 sum resurrectio & vita; qui in me cre-
 det, etiamsi mortuus fuerit, revivi-
 26. scet. Et quisquis vivit, & in me cre-
 dit, nunquam moriturus est. (18)
 27. Quibus pronuntiatis: Credis hoc? in-
 quit Marthæ. (19) Etiam: Domine,
 inquit illa, ego credo, te Christum
 esse Dei filium, qui in mundum ven-
 28. turus eras. (20) Atque hæc locuta,
 ivit arcessitum Mariam sororem suam,
 eique clanculum dixit, magistrum ad-
 29. esse, qui eam vocaret. (21) Illa hoc
 audito celeriter surgit, & illum adit.

14. Quid credebat Martha esse futurum?

15. Quid Jesus dixit Marthæ?

16. Quid Martha de fratris reditu in vitam re-
 spondit?

17. Quid Jesus de se dixit?

18. Quid ex Martha Jesus est sciscitatus?

19. Quid Martha fatetur?

20. Quid Martha sorori clanculum dixit?

21. Quid postea Maria facit?

(22) Judæi ergo, qui eam consolabantur, videntes Mariam celeriter surrexissent, atque exiisse, secuti sunt eam, rati eam ad monumentum ire, ut ibi ploraret. (23) Maria ut Jesum vidit, ei ad pedes accidit: Domine, inquit ei, si tu hic adfuisses, non fuisset mortuus frater meus. (24) Tum Jesus, ubi eam plorantem, & comitatos eam Judæos plorantes vidit, infremuit animo, conturbatusque (25) dixit: Ubi eum posuistis? (26) Domine, inquit ei, veni visum. (27) Jesu lacrymante, (28) Judæi dixerunt: En quantopere eum amabat! (29) Item eorum quidam dicebant: Non poterat is, qui cæci oculos aperuit, efficere, ut hic quoque non moreretur? (30) Ut Jesus ad monimen-

Joh. XI,
31.
32.
33.
34.
35.
36.
37.
39.

22. Quid rati sunt Judæi?

23. Quid Maria conspecto Jesu ait?

24. Quemadmodum tulit Jesus ploratum hominum?

25. Quid sciscitatus est Jesus?

26. Quid responderunt?

27. Quo animo affectus est Jesus?

28. Quam ex lacrimis Jesu conjecturam fecerunt Judæi?

29. Quid alii judicabant?

30. Jesus ad monumentum veniens quid jubet?

- Joh. XI. tum venit, saxum auferri jubet. (31)
 39. Cui Martha: Domine, inquit, jam
 40. fœtet; nam quatuor dierum est. (32)
 At Jesus: Dixine ego tibi, inquit ei,
 te, si fidem habueris, visuram Dei
 41. gloriam? (33) Saxo sublato invoca-
 vit cœlestem patrem, & peractis pre-
 43. cibus (34) ingenti voce clamavit: La-
 44. zare, veni foras. (35) Et mortuus
 exiit, pedes manusque vinctus fasciis.
 vultu sudario obvelato. (36) Solvite
 eum, inquit eis Jesus, & abire finite.
 45. (37) Igitur multi Judæorum, qui ista
 omnia viderant, ei fidem habuerunt.
 46. (38) At eorum quidam Pharisæos adie-
 runt, & eis, quæ fecisset Jesus, di-
 53. xerunt; (39) igitur ex eo die de pe-
 rimendo Jesu consularunt Pharisæi.
 Joh. XII, (40) Cum etiam multitudinem, La-
 10.

31. Quid Martha de mortui corpore ait?
 32. Quibus verbis Jesus eam ad fidem est ad-
 hortatus?
 33. Quid Jesus saxo sublato fecit?
 34. Quibus verbis vocavit Lazarum?
 35. Quid mortuus peregit?
 36. Quid Jesus præcepit?
 37. Quem inde fructum ceperunt Judæi?
 38. Quid vero alii fecerunt?
 39. Qua de re consularunt propterea Pharisæi?
 40. Quæ de Lazaro inierunt consilia?

zarum, quem Jesus suscitaverat ex mortuis, videndi causa, confluere audirent, de Lazaro necando inierunt consilia.

SENTENTIÆ UTILES.

I. Dominus Christus uerinos tres Lazarum, Mariam & Martham amavit.

Unde colligitur eos pacificos fuisse & concordēs; id quod alias inter fratres raro admodum fieri consuevit.

II. Dominus Christus dixit: Lazarus amicus noster obdormiuit, cum tamen mortuus esset.

Mors piorum profecto non nisi dulcis somnus est, ex quo experrecti æternam nanciscuntur vitam.

III. Domino Christo de Marthæ fide sciscitanti iustum redditum est responsum.

Ita quoque nos decet esse paratos ad respondendum cuique fundamentum doctrinæ christianæ a nobis exigenti.

BONÆ MEDITATIONES.

Quatriduo latuit monumento Lazarus olim Mortuus; ast Christus surgere iussit eum.

Cunctos, in dubium queis vita futura vocatur,

Ad propere tumulos hosce venire velim.

Ad minimum mentem, dubitatio nulla subibit:

Nam me defuncti surgere vita docet.

HISTORIA XXXVII.
DE FICU ARIDA.

Matth. XXI & Marc. XI Cap.

- Matth. XXI, 18. (1) **J**esus cum Bethania discessit, Hierosolymam repetens esuriit ;
- Marc. XI 13. (2) ficumque procul foliosam conspiciatus accessit, si quid in ea forte inveniret. (3) Sed ut ad eam venit, nihil invenit nisi folia: Nec enim
- Matth. XXI, 19. (4) Tum Christus dixit ei; Ne posthac ex te fructus oriatur unquam. (5) Postero die
- Marc. XI 20. prætereuntes discipuli vident siccatam a radicibus ficum. (6) Admirantibus id discipulis Petrus dicit Jesu: Rabbi, ecce ficus, quam tu execratus es, aruit. (7) Jesus respondens inquit eis: Habete fidem Deo; (8)

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid Jesu proficiscenti Hierosolymam itinere accidit?
2. Quid procul conspiciatus est juxta viam?
3. Num fructum quendam in arbore reperit?
4. Quibus verbis Jesus execratus est arborem?
5. Numquid execratio ista potuit?
6. Quid Petrus Jesu dixit?
7. Quam communem regulam Jesus dedit discipulis suis?
8. Quid Jesus porro de fidei vi atque potentia loquitur?

per-

pergitque sic dicendo: Hoc vobis confirmo, si quis jusserit hunc montem amoveri & in mare conjici; nec animo dubitaverit, sed ea, quæ dicet, crediderit eventura, continget ei, quicquid dixerit. (9) Tandem orationem finivit egregio illo dicto: Quicquid precibus fidenter petieritis, fiet.

22.

9. Quid confirmavit de precibus?

SENTENTIÆ UTILES.

I. Dominus Jhesus, cum esset in stam suo humili, esuriit.

Quod pauperibus esse potest solatio, quibus non est copia panis: Dominus enim Jhesus novit, quo animo ii sint affecti, quibus stomachus latrat.

II. Ficum nullos ferentem fructus Jhesus execratur.

Ficus representat imaginem Judæorum, quibus semper ita est acclamatum: Heus, edite dignos correctæ vita fructus, qui cum non sequerentur, tota gens everfa est.

III. Dominus Jhesus discipulis suis dixit: Deo habere fidem.

Jesu sic præcipiente fidem, nihil impedit, quo minus confidenter Deum, ut fidem nostram auspicietur, conservet & augeat, invocemus.

BONÆ MEDITATIONES.

Mi Jhesu, totus qui mansuetudo fuisti,
Innocuam ficum perdere tune potes?

Sed quid ego quæro? ficus se perdidit
ipsa;

Pro fructu folium non nisi præbet ea.
Si tu, Christe, rogas, numnam sim ferti-
lis arbor?

Non ego diffiteor, me tibi ferre parum.

HISTORIA XXXVIII.
DE FISCO HIÉROSOLYMITANO.

Marc. XII & Luc. XXI Cap.

Marc.
XII, 41.

- (1) **J**esus sedens e regione fisci, spe-
ctabat, ut multitudo conferret
42. æs in fiscum; (2) ac multis divitibus
multa conferentibus, (3) Jesus vidit
etiam quandam viduam, quæ duos
43. teruncios conferret. Est autem te-
runcius idem ac quadrans. (4) Ad-
vocatis discipulis suis Jesus: Certo
scitote, inquit eis, hanc pauperem
viduam plurimum omnium contulisse,
44. qui contulerunt in fiscum. (5) Om-

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid Jesus e regione fisci sedens specta-
bat?
2. Num quid pretii conferebant?
3. Quid contulit pauper quædam vidua?
4. Quid Jesus de terunciis hujus viduæ judi-
cavit?
5. Qua ratione Jesus sententiam suam confir-
mavit?

nes

nes enim ex eo, quod ipsis supere-
rat, contulerunt: At hæc ex sua pe-
nuria, quicquid habebat, totum vi-
ctum suum contulit.

SENTENTIÆ UTILES.

*I. Hierosolyma in fano erat fiscus, in quem æs
contulerunt homines.*

Pari modo pecuniam in christiana con-
cione ad fanorum ludorumque littera-
riorum ædificia restauranda, ut & ad
alendos pauperes, conferri haud ne-
fas est.

*II. Ejusmodi fiscus Germanorum voce dicitur:
Gotteskasten: Cista Deo sacra.*

Quæ appellatio satis commoda & æqua
est: Qui enim aliquid confert, mutuo
quasi dat Deo Domino, quive aliquid
inde furtim aufert, furatur Deo.

*III. Dominus Jesus sedens e regione fisci, spe-
latabat, quid quisque conferret.*

Quo munere Dominus Jesus ad hodie-
rum diem fungitur, dum accurate,
quid quisque conferat, observat.

BONÆ MEDITATIONES.

Ne dicas: Do nihil, cum me penuria ve-
xet.

Vult præter mentem munera nulla
Deus.

Servator viduæ manuscula tollit ad astra,

A qua pauperibus parva moneta datur.

Tantum quisque dabit, quantum ferat
ipsa facultas:

Candidus & flavus nummus, uterque
valet.

HISTORIA XXXIX.
DE DECEM VIRGINIBUS.

Matth. XXV Cap.

Matth.
XXV, I.

- (1) Jesus similiter, inquit, die extremo accidit in regno cœlesti, (2) atque in decem virginibus, quæ sumtis suis lucernis profectæ sunt obviam sponso. (3) Erant autem earum quinque stultæ & totidem prudentes; (4) quæ quidem stultæ sumtis suis lucernis non sumserunt secum oleum. (5) At prudentes oleum cum lucernis sumserunt in suis vasis. (6) Tardante autem sponso, dormitarunt omnes, dormieruntque. (7) Deinde media nocte clamor extitit: Adventat sponsus, prodite ei obviam. (8) Tunc surrexerunt omnes illæ virgines, suasque lucernas adornarunt. (9) At

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quemadmodum accidit in cœlesti regno die extremo?
2. Quid decem virgines fecerunt?
3. Quodnam inter eas erat discrimen?
4. Quod stultæ appararunt?
5. Quid prudentibus curæ fuit?
6. Quid eis, tardante sponso, obvenit?
7. Quid clamoris media nocte extitit?
8. Quid virgines audito clamore fecerunt?
9. Quid stultæ prudentibus dixerunt?

fatuæ prudentibus dixerunt: Imper-
tite nobis de oleo vestro: Nam lu-
cernæ nostræ extinguuntur. (10) Sed ^{Matth.} ^{XXV, 9.}
prudentes eis ita responderunt: Quid-
si non satis sit nobis & vobis? (11)
quin ite potius ad venditores, & vo-
bis emite. (12) Euntibus autem illis 10.
ad emendum, venit sponsus, (13)
cum quo, quæ paratæ erant, ingressæ
sunt ad nuptias, (14) clausæque sunt
fores. (15) Postea veniunt & reli- 11.
quæ virgines: Et Domine, Domine,
inquiunt, aperi nobis. (16) At ille: 12.
perfecto non novi vos, inquit re-
spondens. (17) Quamobrem vigi- 13.
late, quandoquidem diem aut horam
nescitis, qua sit venturus homine
natus.

10. Quid prudentes responderunt?
11. Quid suaserunt fatuis?
12. Quid interea, euntibus illis ad venditores, accidit?
13. Quænam virgines una cum sponso ingressæ sunt ad nuptias?
14. Annon patuerunt ceteris fores?
15. Quid stultæ redeuntibus clausis foribus fecerunt?
16. Quid illis sponsus respondit?
17. Quo monito Dominus Jesus hanc similitudinem finivit?

SENTENTIÆ UTILES.**I. Priores tres figuratæ dictiones :**

1. Per decem virgines intelliguntur omnes sacro baptisinate abluti.
2. Quinque prudentes virgines sunt omnes, qui animo sunt Christiani.
3. Quinque fatuæ virgines sunt simulators illi, qui verbis tantum sunt Christiani.

II. Posteriores tres figuratæ dictiones :

1. Cœleste regnum notat regnum gratiæ in terra, quod est Ecclesia christiana.
2. Lucerna significat vitæ rationem.
3. Oleum nihil est aliud, quam salutaris fides, per charitatem agens.

III. Postremæ tres figuratæ dictiones :

1. Sponsus est Dominus Jesus, qui sibi nos in æternum cupit esse desponsos.
2. Nuptiæ sunt vita æterna, sive regnum gloriæ in cœlo.
3. Media nox est extremus dies sive mundi interitus.

BONÆ MEDITATIONES.

Ad sponsum nequeunt accedere quinque
puellæ:

Non oleum fidei lucet & ardet eis;

Sed reliquas Christus vigiles sibi quinque
recepit,

Cum illarum radiet lumine firma fides.

Tempore maturo memet tædamque pa-
rabo,

Ut mecum possit sponsus inire do-
mum.

HISTORIA XL.
DE EXTREMO JUDICIO.

Matth. XXV Cap.

(1) **C**um venerit homine natus cum sua gloria, (2) nec non omnes sancti Angeli cum eo; (3) tum sedebit in suo glorioso tribunali, (4) coramque eo congregabuntur gentes omnes; (5) isque eos alios ab aliis separabit, quemadmodum separat pastor oves ab hædis. (6) Statuetque oves ad dexteram suam, (7) hædos autem ad lævam. (8) Deinde dicet rex eis, qui erunt ad ejus dexteram: Adeste beati Patris mei, possidete paratum vobis regnum ab orbe condito. (9) Nam cum resurirem, dedi-

Matth.
XXV. 31

32.

33.

34.

35.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quis intereunte mundi machina veniet?
2. Quis cum eo veniet?
3. Quo loco sedebit homine natus?
4. Quis coram eo congregabitur?
5. Quemadmodum homines separabit?
6. Quo statuet oves?
7. Quo hædos?
8. Quid Christus eis, qui erunt ad ejus dexteram, dicet?
9. Quando ei dederunt comedere?

- ftis mihi comedere; (10) cum siti-
 rem, bibere; (11) me, cum hospes
 Matth. XXV, 36. vestivistis; (12) cum nudus,
 37. (13) cum æger, visitavi-
 stis; (14) cum in custodia, visistis.
 (15) Tum iusti sic ei respondebunt:
 Domine, quando te vidimus esurien-
 tem, ut paverimus? aut sitientem,
 38. ut potum dederimus? quando autem
 te vidimus hospitem, ut acceperimus?
 39. aut nudum, ut vestierimus? quando
 te vidimus ægrum, aut vinctum, ut
 40. inviserimus? (16) Quibus respondens
 Rex: Certo scitote, inquiet, quate-
 nus vel minimo horum meorum fra-
 41. trum fecistis, vos mihi fecisse. (17)
 Deinde dicet sinistris: Faceffite a me,
 execrabiles, in ignem sempiternum,
 42. diabolo ejusque angelis paratum, (18)
 qui mihi nec esurienti cibum, (19)

10. Quando bibere?
11. Quando eum acceperunt?
12. Quando vestierunt eum?
13. Quando eum visiterunt?
14. Quando eum inviserunt?
15. Quid iusti opponunt?
16. Quid rex respondebit?
17. Quid rex sinistris dicet?
18. Quid esurienti denegarunt?
19. Quid sitienti?

nec sitienti potionem dederitis, (20) Matth.
XXV,
43.
 nec hospitem acceperitis, (21) nec nudum me vestieritis, (22) nec ægrum & vinctum visitaveritis. (23) 44. Tum illi quoque sic ei respondebunt: Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut ægrum, aut vinctum; neque subvenimus? (24) 45. Quibus ille sic respondebit: Profecto, (inquam vobis) quatenus vel minimo horum non fecistis, mihi non fecistis. (25) Ita abibunt hi in pœnam sempiternam, (26) 46. iusti vero in vitam sempiternam.

20. Quid hospiti?

21. Quid nudo?

22. Quid ægro & vincto?

23. Quid, qui stabunt ad sinistram, expostulabunt?

24. Quid ex illis respondebit?

25. Quo abibunt improbi?

26. Quo vero iusti abibunt?

SENTENTIÆ UTILES.

In hac narratione tres notatu dignæ sententiæ, quas iudex extremo die habebit in ore, inveniuntur:

I. *Prima hæc insignis sententia est: Adeste, beati Patris mei.*

Utinam hoc omnes ægri animo meminerint; si in hoc seculo non sint ad-

modum beati satis est, si in futuro
possint esse beati cœlestis Patris filii.

II. *Altera notam digna sententia est illa: Fac-
cessue a me execrabiles in ignem sempiternum.*

Utinam hæc vox in omnium pertinacium
profanorumque hominum auribus so-
naret, ut quavis ardente face conspe-
cta atque pruna cogitarent ignem sem-
piternum.

III. *Tertia memorabilis sententia ea est: Isthoc
mibi fecistis.*

O si omnes divites animo secum reputa-
rent, quibus in manu est, esurien-
tibus dare comedere, sitientibus præ-
bere potum, nudos vestire, hostites
accipere, ægros visere, vinctosque con-
solari.

BONÆ MEDITATIONES.

Illud fecistis mihi, quod fecistis egenis;
Christus ait veniens iudicis esse loco.
Quam læti surgent defuncti, quamque
beati,
Qui bona pauperibus multa dedere
bonis!
Euge boni, turbat quos jam fortuna si-
nistra,
Dante Deo, vobis munera larga dabo.



HISTORIA XLI.
DE ADVENTU CHRISTI IN
URBEM HIERSOLYAMAM.

Matth. XXI, Marc. XI, Luc. XIX &
Joh. XII Cap.

(1) **J**esus Hierosolymis propinquans, Matth. XXI, 1.
 misit duos discipulos, (2) di- 2.
 cens eis: Ite in vicum, qui contra
 vos est, (3) & protinus invenietis
 asinam ligatam, & pullum cum ea:
 (4) Solvitote & mihi adducitote. (5) 3.
 Quod si quis vobis aliquid dixerit, di-
 cetis, Dominum eis egere; & statim
 dimittet eos. (6) Hoc autem totum 4.
 factum est, ut id accideret, quod a Zach. IX
 vate dictum fuerat his verbis: (7) 9.
 Dicite puellæ Sioni: Ecce Rex tuus Matth. XXI, 5.
 tibi venit mansuetus, insidens asinæ
 & asello jumentu pullo. (8) Igitur pro- 6.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid Jesus Hierosolymis appropinquans fecit?
2. Quo duos discipulos misit Jesus?
3. Quid eos inventuros esse dicit?
4. Quid istis jumentis fieri voluit?
5. Quid vero consilii dat, si quis forte impedire conaretur?
6. Christus cur asinæ insidere voluit?
7. Quodnam est dictum Zachariæ de ea re?
8. Ut fecerunt duo isti discipuli?

Matth.
XXI, 7.

- fecti discipuli fecerunt, sicut eis mandaverat Jesus, (9) asinamque & pulum adduxerunt, (10) & eis vestimenta sua imposuerunt, (11) & eum
8. super ea collocarunt. (12) Maxima autem hominum multitudo suis vestimentis viam consternere; (13) alii abscissos ex arboribus ramos per viam
9. sternere; (14) vulgus autem partim præcedens, partim subsequens sic acclamare: Hosanna, Davide, bene sit ei, qui venit in nomine Domini, Hosanna in supremis. (15) At quidam Pharisæorum ex turba dixerunt ei: Magister, objurga tuos discipulos. (16) Quibus ille respondens: Scitote, inquit, si taceant hi, clamaturos esse lapides. (17) Eo ingresso Hierosoly-
- Matth.
XXI, 10.
- mam, commota est tota civitas di-

Pfalm.
CXVIII,
25.

Jo. XII,
13.
Luc.

XIX, 39.
40.

9. Quid ad Christum adduxerunt?
10. Quid asinis imposuerunt?
11. Quem super asina collocarunt?
12. Qua re viam consternere cœperunt?
13. Quid alii fecerunt?
14. Quem vulgus edidit clamorem?
15. Quis ea de re apud Christum conquestus est?
16. Quid Jesus Pharisæis respondit?
17. Quid Jesu ingrediente Hierosoly-

cens:

cens: Quis est hic? (18) Vulgus autem dicebat: Hic est Jesus vates a Nazareta Galilææ. (19) Jesus ut venit in templum Hierosolymæ, etiam pueri acclamarunt: Hosanna, Davide. Matth. XXI, 11. 15.

18. Quid vulgus dixit?

19. Quid pueri in templo conati sunt?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Vaticinium Zachariæ de Christi adventu sic incipit: Dicite puella Sioni; ecce rex tuus tibi venit.*

Sion mons ille vocatus est, cui superior urbis Hierosolymæ pars erat superstructa Per puellam Sionis cives urbis atque simul tota Israëlitarum gens intelligitur.

II. *Adventante Jesu vulgus acclamavit ita: Hosanna, Davidide, bene fit ei, qui venit in nomine Domini, Hosanna in supremis.*

Hosanna est vox hebræa, quæ latine redditur: Bene faxit Deus! Cantiuncula vero ista desumpta est ex Psalmo CXVIII, 25, 26, ubi verba isthæc inveniuntur: Eja Jova, serva age; eja fave age. Bene fit ei, qui venit in Jovæ nomine.

III. *Seniorum exemplum sequentes pueri in templo concinunt: Hosanna.*

Judæi cantiunculam istam pueros docuerunt, ut veniente Messia, eadem laudarent eum. Audientes igitur pueri Jesum vatem Nazareta accedere in urbem, Messiam eum esse crediderunt, eumque læta ista acclamatione acceperunt.

BONÆ MEDITATIONES.

Triplex adventus Christi memoratur in æde:

Primus tum Solymas, ut pateretur, erat;

Alter mœstorum sacro est in pectora verbo?

Tertius extremo tempore magnus erit. Primus præteriit, nobis nunc ultimus instat,

Alter speratur: pectora nostra patent.

HISTORIA XLII.

DE CHRISTI ORDINATIONE
SACRÆ COENÆ.

Matth. XXVI, Marc. XIV. Luc. XXII, Job. XIII, & 1. Cor. XI Cap.

Luc
XXII, 8.

(1) **J**esus misit Hierosolymam duos discipulos Petrum & Joannem

Marc.
XIV, 18.

(2) Quibus, ut hospite reperto, in ingenti quodam cœnaculo pascha præ-

13.

pararent, præcepit. (3) Et quo facilius diversorium invenirent, Jesus dixit, occursum esse eis quendam aquæ vas fictile portantem, quem seque-

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quos discipulos Jesus Hierosolymam misit?
2. Quid Jesus eis præcepit?
3. Qua ratione eos diversorium invenire docet?

ren-

rentur. (4) Vespere Jesus eo veniens Matth. XXVI, 20.
cum suis duodecim discipulis, in mun-
do postremum est epulatus. (5) Ac- Luc. XXII, 15
cumbentes sic est allocutus: Hujus
vobiscum pollucendæ Paschæ cupidi-
tate ductus sum, antequam supplicio
afficiar. (6) Inter cœnam Dominus
Jesus instituit cœnam, quam vocamus
sacram. (7) Sumtum enim panem (8) 19.
actis gratiis fregit, (9) & discipulis
dedit dicens: (10) Hoc est corpus
meum, quod pro vobis datur; hoc
facite in mei recordationem. (11) 20.
Similiter & poculum, postquam cœna-
tum est, cepit, (12) actisque laudi- Matth. XXVI, 27.
bus dedit eis dicens: (13) Accipite
& bibite ex eo omnes: Hic est enim 1 Cor. XI 25.
sanguis meus novi fœderis, qui pro

4. Quid Jesus vespere in diversorio fecit?
5. Quid Jesus discipulis agnum paschalem co-
medens dixit?
6. Quid Jesus inter cœnam istam instituit?
7. Quid primum in sanctas manus sumsit?
8. Quid ipsi cum pane?
9. Cui panem dedit?
10. Quibus verbis panem distribuens Jesus usus
est?
11. Quid Jesus post cœnam manibus cepit?
12. Quid laudibus actis ipsi cum poculo fuit?
13. Quibus verbis Jesus porrigens vinum usus
est?

Luce.
XXII, 10
Matth.
XXVI,
28.
1 Cor XI
23.

vobis effunditur ad veniam peccatorum: Hoc facitote ad mei memoriam. (14) Quæ omnia peracta sunt Jovis die, qui nomen a viriditate accepit, ea nocte, qua Jesus est proditus.

14. Quando Jesus instituit sacram cœnam ?

SENTENTIA UTILIS.

I. *Jesus postremum agnam paschalem comedens ordinavit sacram cœnam.*

Judæi habebant in sua Ecclesia duo sacramenta, quorum unum erat Circumcisio, alterum Agnus paschalis; quorum loco Christus duo alia christianæ commendavit Ecclesiæ, Baptisimum & sacram Cœnam.

BONÆ MEDITATIONES.

Testamentum aptum Christus tum fecit in orbe,

Cum data discipulis ultima cœna fuit.

Nos sumus hæredes; igitur quid pervenit ad nos?

Ecce caro una cum sanguine nostra salus.

Euge, fide Christi natus sum, quod bene novi,

Ergo quis rapiet munera parta mihi?



HISTORIA XLIII. DE JUDA PRODITORE.

*Matth XXVI, Marc. XIV, Luc. XXII,
Jo. XIII & XVIII Cap.*

(1) **D**ominus Jesus duodecim habuit Matth. XXVI, 14.
discipulos, (2) quorum unus
nomine Judas Iscariota eum prodidit.
(3) Judas crumenam habens (4) non Joh. XII, 6.
XIII, 2.
fidus, sed fur fuit. (5) Tandem ei
diabolus mentem injecit, ut magistrum
suum proderet. (6) Quare Judas cum Matth. XXVI, 14.
Pontificibus pactus est, ut tibi triginta
nummos argenteos darent. (7)
Id quod Dominus Jesus pro sua omnium
rerum cognitione novit, atque
discipulis non obscure significavit.
(8) Primum hoc, cum discipulis la- Joh. XIII 4.
21.
visset pedes, indicans ita dixit: (9)
Certo certoque scitote futurum esse,

Perspicuae Quaestiones.

1. Quot Jesus habuit discipulos?
2. Quis eorum erat proditor?
3. Quo Judas functus est officio?
4. An bona fide etiam servavit pecuniam?
5. Quam ei mentem diabolus injecit?
6. Quid Judas cum pontificibus pactus est?
7. Num Jesus, quid Judas haberet in animo, scivit?
8. Cui Jesus primum id indicavit?
9. Quid Jesus lotis pedibus dixit?

- Jo. XIII, ut unus vestrum me prodat. (10)
 22. Tum discipuli inter sese intueri, dubi-
 23. tantes, de quo diceret. (11) Re-
 cumbabat autem unus discipulorum
 24. Jesu in ejus gremio, quem Jesus ama-
 bat. (12) Huic innuit Simon Petrus,
 ut sciscitaretur, quisnam is esset, de
 26. quo diceret? (13) Jesus Joanni: Is
 est, inquit, cui ego intinctam bu-
 cceam porrigam. (14) Tum bucceam
 intingit, & Judæ, Simonis filio, Isca-
 27. riotæ, dat. (15) Ac tum post eam
 bucceam intravit in eum Satanus. (16)
 Matth. XXVI,
 21. Dein conquestus est Jesus de prodi-
 tore, cum sacram Cœnam institueret.
 22. (17) Discipulorum unus atque alter
 propterea cœperunt ei dicere: Ego-
 25. ne is sum, Domine? (18) Tandem
 & Judas sic est locutus: Isne ego

10 Quid discipuli hoc audito cœperunt?

11. Quis discipulorum tum in Jesu gremio re-
 cumbabat?

12. Quid huic Petrus innuit?

13. Quid Jesus Joanni de proditore sciscitanti
 dixit?

14. Cui discipulorum Jesus dedit bucceam?

15. Quid post sumtam bucceam accidit?

16. Quando Jesus iterum de proditore est con-
 questus?

17. Quid alius atque alius discipulus dixit?

18. Purgavitne se etiam Christo Judas?

sum

sum, Rabbi? (19) Cui ille: Tu dixisti. (20) Post illam postremam cenam Jesus in hortum intraverat, (21) ubi angoribus ita confectus est, ut sudore manaret simili sanguineis guttis ad terram delabentibus. (22) Tum Judas venit & una cum eo ingens multitudo cum gladiis & fustibus, facibus ac funalibus. (23) Judas autem eis dederat signum dicens; Quem osculatus fuero, is est, eum comprehendite. (24) Igitur Jesum protinus aggressus dixit: Ave Rabbi, eumque deosculatus est. (25) Et Jesus: Amice, inquit ei, quorsum ades? Juda, tune osculo homine natum prodis? (26) Tum illi Jesum aggressi, manus in eum injecerunt, eumque comprehenderunt. (27) Simon Petrus stricto, quem habebat, gladio servum

Joh.
XVIII, 1Luc.
XXI, 44.Matth.
XXVI,
47.

48.

49.

50.

Luc.
XXII, 48Matth.
XXVI,
50.Joh.
XVIII,
10.

19. Quid ipsi responderetur?
20. Quo Jesus post cenam abiit?
21. Quid servatori in horto accidit?
22. Quis convenit Jesum in horto?
23. Quodnam signum Judas dederat militibus?
24. Quem honorem Jesu habuit Judas?
25. Quid Jesus post osculum dolo datum, respondit?
26. Quomodo Jesum sunt aggressi?
27. Quid Petrus ausus est?

Luc. pontificis percussit, eique dexteram
 XXII, 51 abscidit auriculam. (28) Jesus vero
 Joh. tacta illius auricula, eum sanavit, (29)
 XVIII, dixitque Petro: Conde tuum gladium
 11. in vaginam. (30) Paulo post Judam
 Matth. pœnituit proditoris, (31) reddidit-
 XXVII, que triginta nummos argenteos pon-
 3. tificibus & senatoribus, (32) sese
 4. peccavisse dicens, qui sanguinem pro-
 didisset innocentem. (33) At illi: quid
 5. ad nos? inquirunt, tu videris. (34)
 Quo factò Judas discessit, & despe-
 rans de sua salute se laqueo præfo-
 catum ivit. (35) Suspensus crepuit
 A&I, 18 medius, effusaque sunt ejus omnia
 viscera. (36) Pontifices nummos in
 Matth. templi fiscum referre noluerunt, quip-
 XXVII, pe cum pretium esset sanguinis. (37)
 6. Itaque capto consilio emerunt agrum
 7. figuli ad peregrinorum sepulturam.

28. Quid negotii Jesus est cum aure?
29. Quibus verbis objurgavit Petrum?
30. Incessitne Judæ dolor ex peccato?
31. Quo retulit trifur ille nummos argenteos?
32. Quid proditor pontificibus dixit?
33. Quid solatii dant ei pontifices?
34. Quam mortem tandem obiit?
35. Quid cadaveri ejus execrabili accidit?
36. Quo delati sunt nummi?
37. Quid istis nummis emerunt?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Occasio facit fures.*

Id quod nos Judas docet, qui, cum in Apostolorum numerum veniret, haud dubie bonus fuit, sed accepta crumena primum fur, dein proditor, & tandem interemptor sui factus est.

II. *Diabolus Judæ mentem injecit, ut Jesum proderet.*

Hic, unde pravæ oriuntur cogitationes, audimus, ab insidiatore videlicet diabolo.

III. *Post proditorem Judas: Peccavi, inquit, qui sanguinem prodidi innocentem.*

Ea conscientix est consuetudo, ut primum penitus conticeat, & quasi securus dormiat, donec in flagitium sit consensus, deinde delicto admisso evigilet, hominemque sæpius ad desperationem adigat.

BONÆ MEDITATIONES.

Triginta nummis hem! Jesus venditur
almus:

Auri, quo redigis pectora, sacra fames?
Sueverunt homines peccatum pendere
parvi,

Si quis ceu Judas omnia fraude paret.
Ut sacri libri demonstrant, æris amorem
Fontem cujusvis criminis esse reor.



HISTORIA XLIV.
DE PETRO CHRISTUM SIBI
NOTUM ESSE NEGANTE.

*Matth. XXVI, Marc. XIV, Luc. XXII
& Joh. XVIII Cap.*

Matth.
XXVI,
31.
33.

(1) **P**ost cœnam Jesus inquit suis discipulis: Me deseretis vos omnes hac nocte. (2) At Simon Petrus respondens dixit: Etiam si te deseruerint omnes, ego tamen nunquam deseram. (3) Et Jesus ei vicissim: Si-

Luc.
XXII, 31

32.
33.

mon, Simon, conatus est quidem Satanus cribrare vos, ut frumentum; verum ego pro te oravi, ne te fides deficeret. (4) At Petrus: Domine, inquit ei, tecum paratus sum & carcerem & mortem adire. (5) Et Jesus: Sic habeto Petre, inquit, non prius gallum hodie cantaturum, quam tu, me tibi notum esse, ter negaveris. (6) At ille multo audacius dice-

Marc.
XIV, 30.

31.

Perspicuæ Questiones.

1. Quid Jesus Post cœnam suis discipulis ait?
2. Quid Petrus audax respondet?
3. Quibus verbis Jesus Petrum imprimis monuit?
4. Quid Petrus confirmat?
5. Quid Jesus Petro prædixit?
6. Quid Petro firmissime propositum erat?

re:

re: Imo etiamsi me una tecum mori oporteat, non abnegabo te. (7) Similiterque etiam omnes discipuli dixerunt. (8) Cum vero Judas Jesum prodidisset, discipuli omnes eo relicto fugerunt. (9) Sed Petrus eum procul secutus est usque in pontificis atrium, (10) ubi adstabant servi & ministri pyræ, quam fecerant & calefiebant. (11) Eo etiam loco Petrus resedit, ut exitum videret; (12) quem subito janitrix ancilla sic alloquitur: Nonne tu quoque ex hujus hominis discipulis es? (13) At Petrus negavit ita dicens: Nescio, nec intelligo, quid dicas. (14) Deinde foras in vestibulum egressus est, & gallus primo cecinit. (15) Non multo post ancilla-

Matth.
XXVI,
35.
36.

Marc.
XIV, 54.

Joh.
XVIII,
18.

Matth.
XXVI,
58.

Joh.
XVIII,
17.

Marc.
XIV, 68.

Matth.
XXVI,
71.

7. Quid ceteri discipuli affirmarunt?
8. Numnam discipuli etiam Jesu prodito steterunt promissis?
9. An Petrus una cum ceteris se dedit in fugam?
10. Quid conspiciebatur in atrio pontificis?
11. Quamobrem ad pyram accessit Petrus?
12. Quid janitrix Petro dixit?
13. Quid ei Petrus respondit?
14. Quid accidit, cum Petrus primum se Christum nosse negasset, & foras in vestibulum egredereur?
15. Quid deinde ancillæ dixerunt?

rum alia atque alia sequens dixit: Hic quoque erat cum Jesu Nazareno. (16) Petrus vero rursus jurejurando negavit, se novisse hominem. (17) Postea interposita una fere hora, qui aderant, aggrediuntur Petrum: Profecto, inquirunt, tu quoque ex eis es: Nam tua te locutio manifestum reddit. (18) Et unus ex servis pontificis, ejus cognatus, cujus Petrus absciderat auriculam, aperte dixit: Nonne ego te vidi in horto cum eo? (19) At Petrus cœpit detestari & jurare, sese non novisse hominem illum, quem illi dicerent. (20) Et iterum eo loquente gallus cecinit. (21) Et conversus Dominus Jesus Petrum aspexit; (22) & Petrus Domini dictum recordatus, qui ei fore dixerat,

Matth.
XXVI,
72.
Luc.
XXII, 59

Matth.
XXVI,
73.

Joh.
XVIII,
26.

Marc.
XIV, 71.

72.

Luc.
XXII, 61

16. Petrusne jam se Christum nosse profitetur?
17. Quid tandem omnes, qui aderant, confirmant?
18. Quid imprimis cognatus ejus, cui Petrus auriculam absciderat, dixit?
19. Quid fecit Petrus tertius tentatus?
20. Quid, cum ter negasset, accidit?
21. Quis eodem temporis momento aspexit Petrum?
22. Quid recordatus est Petrus, cum a Domino aspiceretur?

ut,

ut, priusquam gallus bis caneret, eum
ter negaret. (23) Foras autem egres-
sus Petrus acerbe flevit. Luc.
XXII, 62

23. Quid Petrus agnita peccati gravitate egit ?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Confidentia nimia est temeritas maxima.*

Hoc Petrus est expertus, qui mori se cum
Christo velle jactitans, postea ancillam
tantopere timuit, ut sibi Christum no-
tum esse negaret.

II. *Ministri Dei versantur in magno periculo.*

Queinadmodum enim diabolus Apostolo
Petro est insidiatus; sic hodie omnes
Apostolorum successores a Christo co-
natur abstrahere.

III. *Christianorum est, pro Christianis diligen-
ter apud Deum intercedere.*

Jesus suo exemplo nobis prævit, & pro
Petro intercessit, ne cum fides desi-
ceret.

BONÆ MEDITATIONES.

Petrus confestim discedens flevit acerbe,

Cum se vidisset criminis esse reum.

Quodsi forte cadam detrusus dæmonis
astu,

(Quod clemens Dominus mandet ab-
esse procul!)

Peccatum subito contrito corde dolebo;

Quod possit, fugiam rite, dolere mihi.



HISTORIA XLV.

DE JESU A JUDÆIS DAMNATO.

Matth. XXVI, XXVII, Marc. XIV, XV, Luc. XXII, XXIII & Jo. XVIII, XIX. Cap.

Matth.
XXVI,
66.

Marc.
XIV, 55.

56.

Matth.
XXVI,
63.

64.

65.

66.

(1) Dominus Jesus primum a pontificibus Hierosolymæ damnatus est. (2) Qui non paucos adversus eum falsa testificantes advocarunt; (3) sed consentanea non fuerunt eorum testimonia. (4) Tandem pontifex eum his verbis allocutus est: Obtestor te per Deum immortalem, ut nobis dicas, an tu sis Christus Dei filius? (5) Cui Jesus: Est, ut dixisti, inquit. (6) Tum pontifex vestimenta sua lacerare, quod impie locutus esset, dicens, quid jam nobis opus est testibus? (7) Reliqui sacerdotes & scribæ itidem eum morte dignum

Perspicuæ Questiones.

1. A quo Jesus primum damnatus est?
2. Quid consilii inierunt?
3. Quid falsa testantibus accidit?
4. Quibus pontifex verbis Dominum Jesum allocutus est?
5. Quid Christus respondit?
6. Quid pontifex indignans fecit?
7. Quid ceteri judicarunt?

judicarunt. (8) Deinde orto die ad- Luc. XXII, 66
 duxerunt Jesum ad senatum, (9) at- 70.
 que rogantes dixerunt ita omnes: Tu
 igitur filius Dei es? (10) Et ille ite-
 rum: Sum, quem vos esse me dicitis,
 inquit eis. (11) Tum illi omnes: 71.
 Quid jam nobis testimonio opus? in-
 quiunt, cum ipsi ex ejus ore audive-
 rimus. (12) Quo facto Jesum Roma- Joh. XVIII, 28.
 no Prætori Pontio Pilato tradiderunt. 31.
 (13) Cum enim Romani Judæam te-
 nerent, Judæis non erat licitum quen-
 quam interficere. (14) Pilatus sedu- 29.
 lo perquirens, quid huic Jesu crimi-
 ni daretur? (15) ex Judæis audit: Luc. XXXIII, 2.
 Jesum se regem dicentem alienare gen-
 tem a Cæsare. (16) Pilatus cum Je- Joh. XVI, 37.
 sum rogaret: Effetne rex Judæorum?
 (17) Jesus ita respondit: Est, ut tu 37.
 dicis, me esse regem. (18) Postquam Luc. XXIII, 7.

8. Ubi Jesus deinde damnatus est?
9. Qua de re Jesus a senatu interrogatus est?
10. Quid ille respondit?
11. Quid inde collegerunt?
12. Cui postea Jesus est traditus?
13. Judæisne licuit eum interficere?
14. Quid prætor Pilatus perquisivit?
15. Quo crimine Judæi Jesum accusarunt?
16. Quid Pilatus ex Jesu sciscitatus est?
17. Quid ei Jesus respondit?
18. Ad quem Pilatus Jesum misit?

Luc.
XXIII, 8

9.

11.

12.

13.

Matth.
XXVII,

15.

16.

17.

Pilatus Jesum ditionis Herodis esse cognovit, (19) misit eum ad Herodem, (20) qui viso Jesu magno-
pere lætatus est, cum eum jam diu
videre cuperet; (21) verum licet
eum multis de rebus interrogaverit,
ille ei nihil respondit. (22) Itaque
despicatus eum Herodes Pilato in præ-
torium remisit, (23) factique sunt
inter sese amici Pilatus & Herodes
eo ipso die. (24) Pilatus deinde con-
vocavit Pontifices & magistratus ac
populum. (25) Per festum autem so-
lebat Prætor unum vinctum plebi re-
mittere, quem vellent. (26) Cum
eodem tempore in vinculis teneretur
quidam illustris nomine Barrabas, (27)
Pilatus Judæis dixit: Utrum vellent

19. Cur ad Herodem?

20. Quomodo Jesum accepit Herodes?

21. Quid collocutus est Jesus cum Herode?

22. Diuine Jesus fuit cum Herode?

23. Quid eo die inter Herodem & Pilatum
actum est?

24. Quid deinde Pilatus parat?

25. Quæ Hierosolymæ consuetudo agendi cum
captis obtinuit?

26. Quem alium vinctum Pilatus tenuit?

27. Quid deliberandum Pilatus populo propo-
nit?

hunc

hunc sibi remitti an illum? (28) Luc. XXIII. 18.
Illi vero universa multitudine exclamarunt, ut eum tolleret, sibi que Barabam remitteret. (29) Pilatus porro: Matth. XXV. 22. Quid ergo, inquit eis, faciam de Jesu? (30) Cui omnes sic reclamant: Crucifige. (31) Interea Pilato sic 19. significandum curavit ejus uxor: Nihil tibi rei sit cum innocente isto; (32) Multa enim hodie secundum quietem passa sum, propter eum. (33) Postea Pilatus Jesum verberari Jo. XI. 1. 2. jussit; ejusque capiti implexam ex spinis coronam imponi. (34) Miserandum in modum sic afflictum rursus eduxit Pilatus, dixitque populo: Ecce homo. (35) At Judæi contra: 7. Nos legem habemus, inquit ei, ex qua lege nostra debet mori, quoniam

28. Quid populus respondit?

29. Quid Pilatus porro sciscitatus est?

30. Quis clamor extitit?

31. Quid Pilato uxor ejus significandum curavit?

32. Quid ita?

33. Quemadmodum Dominum Jesum tractarunt?

34. Quid Pilatus Christo verberato fecit?

35. Nonne hac ratione Judæi misericordia sunt commoti?

Jo. XIX, 12. se Dei filium fecit. (36) Pilatus iterum, utrum is possit absolvi, populum tentavit. (37) At Judæi reclamare: Si istum absolvis, non es Cæsaris amicus. (38) Postremum prætor ita a populo quæsit: Regemne vestrum ego crucifigam? (39) Sed pontifices responderunt: Non habemus regem nisi Cæsarem. (40) Tum Pilatus sumta aqua manus coram plebe lavit, dicens: Ego insons hujus innocentis sanguinis sum, vos videritis; (41) & universus populus sic respondit: Ejus sanguinem luamus nos, nostrique nati. (42) Itaque Barrabas remissus eis est, Jesus autem crucifigendus est traditus.

Matth. XXVII, 24. 25. 26.

36. Quid Pilatus tentavit?
 37. An Judæi consenserunt?
 38. Quid Pilatus postremum a populo quæsit?
 39. Quid pontifices responderunt?
 40. Qua re Pilatus innocentiam demonstrat suam?
 41. Quis luere voluit?
 42. Quid tandem utrique victorum evenit?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Jesus noctu de loco in locum deductus est.*

Illud omnes vespertiones meminerint, cogitentque, seipsos nocturnis suis delictis Domino Jesu tam inquietas fecisse noctes.

II.

II. Pilatus cum rogasset, quid fieret Jesu? tota turba pleno ore clamavit: Crucifige, crucifige eum.

Hic quanta vulgi inconstantia sit, apparet: Die enim, qui a palmis nomen habet, populus concinit: Hosanna; die autem Parasceves conclamat: Crucifige.

III. Barrabas absolvitur & Jesus in crucem agitur.

Judicium illud est iniquissimum: Barrabæ, qui aliis vitam eripuerat, vita datur, & Jesu, qui mortuos in vitam revocaverat, vita adimitur.

BONÆ MEDITATIONES.

Ecquis homo! clamat miseranti voce Pilatus;

Cum Jesu monstrat sanguine membra rubra;

Ast populus magna delirans æstuat ira,
Cujus perpetuus: Tollite, clamor erat.
O Deus, o Jesu, sic mitte videre cruentum

Te, mihi cum lethum lumina perdet atrum.

HISTORIA XLVI.
DE CRUCIATU ET MORTE
CHRISTI.

Matth. XXVI, XXVII, Marc. XIV, XV,
Luc. XXII, XXIII & Jo. XIX, XX Cap.

(1) **J**esu Christi cruciatus initium ceperunt potissimum in horto Matth. XXVI, 36.

Perspicuæ Quæstiones.

I. Ubi Christi cruciatus potissimum initium ceperunt?

prope olivarum montem ea nocte,
 qua proditus est. (2) Ibi enim dole-
 re ita cœpit atque angī, ut diceret
 suis discipulis: In tanto sum animi do-
 lore, ut emoriar. (3) Iterum iterum-
 que positis genibus precatus est hu-
 jusmodi verbis: Pater, averte, si vis,
 hoc a me poculum; quanquam non
 mea, sed tua voluntas fiat. (4) Ap-
 paruit autem ei Angelus de cœlo,
 qui eum confirmaret. (5) Atque ille,
 cum esset in æstu, vehementius ora-
 bat, & sudore manabat simili sangui-
 neis guttis ad terram delabentibus:
 (6) Cum deinde in atrio pontificis
 esset, unus ministrorum, qui aderat,
 ei alapam impegit; (7) alii ei faciem
 conspuere & colaphos impingere; (8)
 alii faciem ejus obvelare atque tun-
 dere cœperunt, & ita interrogare:
 Divina, Christe, quis sit, qui te per-

Matth.
XXVI,
37.

38.

Luc.
XXII,41

42.

43.

44.

Joh.
XVIII,

22.

Matth.
XXVI,

67.

Marc.
XIV,65.

Luc.
XXII,64

2. Quo dolore Christus in horto est affectus?
3. Quæ sunt ejus precum verba?
4. Quis Jesum in angustiis confirmavit?
5. Quonam manavit sudore?
6. Quid accidit Jesu in atrio pontificis?
7. Quomodo ceteri eum afflixere?
8. Qua ratione eum illuserunt?

cussit. (9) Cum esset apud Herodem, ministri ludificati sunt eum, indueruntque veste splendida. (10) In Pilati prætorio miserabiliter flagris cæsus est, (11) eumque postea spoliatum induunt chlamyde coccinea. (12) Alii contextam ex spinis coronam imponunt ejus capiti, (13) & arundinem instar sceptri regii in ejus dexteram; (14) atque ita ante eum congenulantes illudunt & dicentes: Salve, rex Judæorum. (15) Porrecta palma eum feriunt, conspuunt, (16) & sumta arundine ei caput contundunt. (17) Tandem eum ad supplicii locum Golgatha, quod Calvariæ locum significat, ducunt. (18) Primum crucem ligneam ferendam humeris ejus imponunt, (19) deinde

Luc.
XXIII,
11.
Joh.
XIX, 1.

Matth.
XXVII,
28.
29.

29.

30.

Marc.
XV, 22.

Jo. XIX,
17.

Luc.
XXII, 26

9. Quomodo Herodis ministri eum ludificati sunt?
10. Quid Christo factum est in Pilati prætorio?
11. Qua veste flagris cæsum induerunt?
12. Quid capiti ejus imponunt?
13. Quid dant ejus in manus?
14. Quibus verbis eum salutant?
15. Quid ejus faciei faciunt?
16. Quid ipsis cum arundine?
17. Quo tandem ducunt eum?
18. Quis primum tulit crucem?
19. Quis deinde ferre coactus est?

vero in via Simonem quendam com-
 prehendent, eumque crucem post
 Jesu tergum ferre cogunt. (20) Po-
 stea ubi ad locum ventum est, de-
 derunt ei bibere acetum cum felle
 mixtum, quod ille, cum gustasset, no-
 luit bibere. (21) Præterea eum ma-
 nibus pedibusque cruci suffixerunt,
 (22) & facinorosos duos, alterum ad
 ejus dexteram, alterum ad sinistram
 suspenderunt, (23) Jesus: Pater, in-
 quit, ignosce eis, nesciunt enim, quid
 faciant. (24) Titulus cruci ejus im-
 positus est, in quo ita scriptum erat:
 Jesus Nazarenus Rex Judæorum. (25)
 Milites ejus vestimenta inter se distri-
 buerunt, atque de tunica, quæ non
 confuta atque a summo tota contex-
 ta erat, sortiti sunt. (26) Cum ad-
 starent apud Jesu crucem ejus mater,
 atque Joannes, quem ille unice ama-

20. Quid potus servatori est datum?

21. Quo mortis genere multatus est?

22. Quis prope eum suspensus est?

23. Quid Jesus precatus est iis, qui eum in
 crucem egerant?

24. Quid super capite Jesu scriptum est?

25. Quo retulerunt vestimenta?

26. Quis adstitit cruci?

bat,

bat, (27) dicit matri suæ: Mulier, Jo. XIX. 27.
ecce filius tuus. (28) Deinde dicit Matth. XXVII, 36.
discipulo: Ecce mater tua. (29) Ju-
dæi adstantes irridentes dicunt: Alios
servavit, seipsum servare non potest.
(30) Facinorosorum unus ad fini- Luc. XXIII, 39.
stram pendens ei maledicebat ita di-
cens: Si tu Christus es, serva & te
ipsum & nos. (31) At alter eorum 40.
pendens ad dextram contra eum ob-
jurgavit, postremumque dixit: Me- 42.
mento mei, Domine, cum veneris in 43.
regnum tuum. (32) Cui Dominus Je-
sus consolandi eum gratia: Hoc tibi
confirmo, inquit, te hodie fore me-
cum in Paradiso. (33) Postea exti- Marc. XV, 33.
terunt per totam terram tenebræ, quæ
tribus elapsis horis demum fugerunt. Matth. XXVII, 46.
(34) Interea exclamavit Jesus ma-
gna voce: Mi Deus, mi Deus, cur

27. Quid Jesus matri suæ dixit?

28. Quid Joanni?

29. Quibus verbis illuserunt ei cruci adstan-
tes?

30. Quid latro ad illius sinistram pendens di-
xit?

31. Quid alter ad dextram?

32. Quid Jesus huic crucifixo respondet?

33. Quid in aëre extitit?

34. Quid Jesus acerbissimis doloribus commo-
tus exclamavit?

- Jo. XIX, me dereliquisti? (35) Postea dixit:
 28. Sitio; (36) quare milites oppletam
 29. aceto spongiam & hyssopo affixam ad-
 30. moverunt ejus ori. (37) Jesus aceto
 Luc. sumto dixit: Peractum est. (38) Tan-
 XXIII, dem ingenti voce clamans dixit: Pa-
 46. ter, tibi in manus commendo spiri-
 Jo. XIX, tum meum; (39) ac inclinato capite
 30. emisit spiritum. (40) Id quod factum
 Marc. XV, 34 est secundum Judæorum rationem nu-
 Matth. merandi horas nona hora. (41) Et
 XXVII, ecce templi velum in duas partes a
 51. summo ad imum fissum est, (42)
 & terra commota est, & saxa fissa;
 52. (43) & monimenta aperta, multaque
 corpora sanctorum, qui obdormive-
 rant, surrexerunt. (44) Quibus re-
 Luc. bus commoti multi cum centurione
 XXIII, dixerunt: Profecto hic homo justus
 47.

35. Quid Jesus in cruce postulavit?
 36. Quid bibere ei dederunt?
 37. Quid sumto potu dixit?
 38. Quæ ejus postrema fuerunt verba?
 39. Quem habuit vitæ exitum?
 40. Qua diei hora exspiravit?
 41. Quid nosti de templi velo?
 42. Quid de terra?
 43. Quid de monimentis?
 44. Quid, qui spectabant, dixerunt?

erat,

erat, & filius Dei. (45) Extremo quo- Jo. XIX.
que tempore unus militum lancea ejus 34.
latus pupugit, (46) ac continuo exiit
sanguis & aqua.

45. Quodnam vulnus Dominus Jesus extremo
tempore accepit?

46. Quid ex ejus latere exivit?

SENTENTIÆ UTILES.

I. Dominus Jesus hora nona emisit spiritum.

Id quod ex Judæorum consuetudine nu-
merandi horas est interpretandum.
Numerantes autem Judæi inceperunt
diem non a media nocte, sed ab ho-
ris matutinis; prima igitur eorum est
nobis sexta, tertia est nobis nona,
sexta est nobis meridies, nona nobis
est tertia pomeridiana: Itaque Chri-
stus, si rem cum nostro horologio
conferas, tertia pomeridiana hora obiit
mortem.

II. Domino Christo in cruce quinque vulnera
inflicta sunt.

Ambas enim manus confoderunt, ambos
pedes, tandemque latus lancea pupu-
gerunt.

III. Septem voces notatu dignas Christus in cru-
ce edidit:

1. Pater ignosce eis.

2. Mulier, ecce tuus filius.

3. Hodie eris mecum in Paradiso.

4. Mi Deus, mi Deus, cur me dereliquisti ?

5. Sitio.

6. Peractum est.

7. Pater, tibi in manus commenda spiri-
tum meum.

BONÆ MEDITATIONES.

Quo sum cunque loco verbis mihi per-
sonat auris,

Quæ dixit septem de cruce, Christe,
tuis.

Postremum inprimis meditor: Vah! quan-
ta voluptas

Me capit! Hinc illud corde tenebo
meo.

Spiritus hosce mros etiam cum deseret
artus,

Illum commendo tunc tibi, sancte Deus.

HISTORIA XLVII.

DE DOMINI JESU HUMATIONE.

*Matth. XXVII, Marc. XV, Luc. XXIII
& Joh. XIX Cap.*

Matth.
XXVII,

57.

Marc.

XV, 43.

Luc.

XXIII,

51.

Joh.

XIX, 38.

Matth.

XXVII,

58.

(1) **S**ub vesperam venit homo ab
Arimathæa, nomine Josephus,

(2) dives & honestus senator; (3)

qui ceterorum consilio & facto non

assensus erat: Vir enim erat bonus

& justus; (4) discipulus Jesu, sed oc-

cultus metu Judæorum: (5) Is Pila-

Perspicuæ Quæstiones?

1. Quis venit ad Pilatum?
2. Quis qualisve fuit vir ille?
3. Quemadmodum se gesserat in judicio?
4. Quid de Jesu sentiebat?
5. Quid Josephus petiit?

tum

tum aggressus petiit Jesu corpus. (6) Matth. XXVII, 58.
 Tum Pilatus jussit tradi corpus; (7) 59.
 & Josephus sumtum corpus involvit mundo linteo. (8) Jo. XIX, 39. Accessit & Nicodemus (9) ferens myrrhæ & aloës misturam ad libras centum. (10) Matth. XXVII, 60. Quo pacto Jesum in novo monumento posuerunt, (11) Jo. XIX, 41. quod Josephus in hor- Luc. XXIII, 53. ti rupe excidendum curaverat, (12) Matth. XXVII, 60. ibique nemo adhuc situs fuerat. (13) 61. Monumentum advoluto ingenti lapide ad illius ostium reliquit Josephus. (14) Marc. XV, 47. Erant vero illic Maria Magdalena, & altera Maria, (15) e regione sepulchri sedentes, & spectabant, quo Christi funus poneretur. (16) Luc. XXIII, 56. Mulieres domum reversæ præpararunt aromata & unguenta. (17) Matth. XXVII, 62. Postero

6. Quid Pilatus respondit?
7. Quid facit funeri?
8. Quis accessit?
9. Quid Nicodemus attulit?
10. Quo loco Jesum posuerunt?
11. Ubi erat monumentum?
12. Nemone eodem erat usus?
13. Quomodo monumentum firmavit?
14. Quænam aderant mulieres?
15. Quid mulieres sibi volebant apud monumentum?
16. Quid mulieres præpararunt?
17. Quis postero die ad Pilatum venit?

die

Matth.
XXVII,
63.

64.

65.

66.

die coiverunt pontifices & Pharisæi ad Pilatum, & eum sic allocuti sunt: (18) Domine, meminimus deceptorem illum dicere, quum adhuc viveret, sese intra tres dies esse resurrecturum. (19) Quare jube muniri sepulchrum usque ad diem tertium, (20) ne forte ejus discipuli eum surreptum eant, dicantque populo, eum ex mortuis surrexisse, atque ita novus oritur error priore deterior. (21) Quibus Pilatus: Habetis custodiam, inquit, ite id munitum vestro modo. (22) Ita illi sepulchrum munitum ierunt, & adhibentes custodiam lapidem sigillarunt.

18. Quid Pilato pontifices detulerunt?

19. Quid a Pilato fieri volunt?

20. Cur petunt custodiam?

21. Quid Pilatus respondit?

22. Quid pontifices & Pharisæi egerunt?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Inter omnes homines, cujuscumque sint status atque conditionis, reperiuntur quidam Deum timentes.*

In senatu magno Hierosolymæ erant improbi, nihilo secius tamen Josephus probus justusque inventus est. Pharisei omnium maximi erant simulatores, in quibus tamen versatus est Nicodemus, homo integer.

II.

II. *Malum licet averti non possit, illud tamen augere nefas est.*

Pius senator Josephus ab Arimathia ita se gessit in senatu, ut, cum impedire non posset, quominus Jesus plurimis suffragiis damnaretur, non tamen ad eorum accederet sententiam.

III. *Similis simili gaudet.*

Cum de Christo crucifigendo consultaretur, duo improbi Pilatus & Herodes inter se reconciliantur; similiter cum Jesus esset sepeliendus, duo probi viri Josephus & Nicodemus conveniunt.

BONÆ MEDITATIONES.

Maximus esse dolor Christo tunc cœpit in horto,

Cum Judas hosti tradere venit eum;
Et quando corpus defuncti de cruce tollunt,

Josephi tumulo suscipit hortus idem:
Sic Dominus Christus depellit & expiat omne,

Quod peccans horto traxerat Eva malum.

HISTORIA XLVIII.
DE JESU CHRISTO EX MORTUIS SURGENTE.

Matth. XXVIII, Marc. XVI, Luc. XXIV
& Job. XX Cap.

(1) **F**esto Paschæ die surrexit Jesus ex monumento suo; (2) quo
Perspicuæ Quæstiones.

1. Quo die Servator ex monumento surrexit?
2. Quid eo extitit tempore?

Marc. XVI, 9.
Matth. XXVIII, 2.

tempore magnus terræ motus extitit: (3) Angelus enim Domini de cælo degreſſus, (4) venerat avolutum lapidem ab oſtîo, & ſuper eo fedit. (5) Erat autem ejus ſpecies fulguris ſimilis, (6) & indumentum tam album, quam eſt nix. (7) Atque ejus metu percuſſi cuſtodes pæne exanimati ſunt. (8) Interea tres mulieres ex urbe mane veniunt ad Jeſu monimentum, (9) quarum una Maria Magdalena, altera Maria Jacobi, & tertia erat Salome. (10) Quæ mulieres emerant aromata, ut corpus Domini Jeſu unctum irent. (11) In via inter ſeſe quærent, quis ſibi faxum avolveret ab oſtîo monimenti? (12) Ut vero orto jam ſole ad monimentum veniunt, intuitæ vident avolutum eſſe faxum. (13) Maria Magda-

Matth.
XXVIII,

3.

4.

Marc.
XVI, 2.

1.

3.

2.

4.

Joh. XX,

2.

3. Quis de cælo eſt degreſſus?
4. Cur venerat Angelus ad monimentum?
5. Quæ fuit Angeli ſpecies?
6. Quodnam ejus indumentum fuit?
7. Quid animi hæbent cuſtodes?
8. Quis mane venit ad monimentum?
9. Quibus vocantur nominibus iſtæ mulieres?
10. Quid ſibi voluerunt in monimento?
11. Quid illas in via ſolicitat?
12. Quid apud monimentum vident?
13. Quid conſilii cepit Maria Magdalena?

lena revertit in urbem arcessitura Petrum & Joannem. (14) Ceteræ relictæ mulieres monumento appropinquarunt, (15) optatissimumque ab Angelo quodam acceperunt primum nuntium, Jesum surrexisse. (16) Angelus eas advocans sic est allocutus: Adeste, videte locum, ubi jacebat Dominus. (17) Monumentum ingressæ conspiciunt duos alios viros in vestibus adstantes coruscantibus, (18) qui mulieribus sic dixerunt: Quid quæritis viventem inter mortuos? non est hic, sed surrexit. (19) Mulieres confestim ex monumento cum metu & ingenti lætitia egressæ (20) id Domini discipulis renuntiatum in urbem cucurrerunt. (21) Maria Magdalena interim redierat ad monumentum, adduxeratque Petrum & Joannem. (22) Ambo discipuli introgressi vident ja-

Matth.
XXVIII,
5.

6.

Luc.
XXIV,
4.

5.

6.

Matth.
XXVIII
8.

Joh.
XX, 2, 3.

6.

14. Quo iverunt ceteræ mulieres?
15. Quid ab Angelo acceperunt?
16. Quid Angelus eas advocans dixit?
17. Quem offendunt in monumento?
18. Quid Angeli mulieribus dixerunt?
19. Quid egerunt mulieres?
20. Quo digressæ sunt?
21. Quis interea redierat ad monumentum?
22. Quid vident duo isti discipuli?

centia lintea & sudarium, & rursus
 Joh. XX, discesserunt. (23) Maria vero adsta-
 11. bat apud monumentum plorans ex-
 12. tra, (24) & apertis oculis aspicit in-
 tus duos Angelos albo vestitu indu-
 13. tos sedentes. (25) Quam cum angeli
 sic allocuti sunt: Cur ploras? (26)
 eis illa: Quoniam, inquit, sublatus
 est meus Dominus, neque scio, ubi
 14. fit positus. (27) Atque hæc locuta
 convertit se in tergum, & aspicit ad-
 stantem Jesum, (28) nesciens esse Je-
 sum: Putabat enim illa esse olitorem.
 15. (29) Quare dixit ei: Domine, si tu
 eum abstulisti, dic mihi, ubi eum po-
 16. fueris, ut ego eum auferam. (30)
 Interea Jesus eam vocavit nomine,
 Marc. atque quis ipse fit, indicavit. (31)
 XVI, 9. Erat autem Maria Magdalena illa, ex
 qua Jesus septem ejecerat dæmonia.

23. Quid Maria porro egit?
24. Quid conspexit in monumento?
25. Quid Angeli ex ea scire voluerunt?
26. Quid Maria Magdalena respondit?
27. Quid conspicit convertens se in tergum?
28. Quem Jesum putabat esse?
29. Quid ei dixit?
30. Quomodo Jesus, quis fit, aperuit?
31. Quænam mulier Maria Magdalena erat?

- (32) Paulo post Jesus occurrit etiam ceteris mulieribus, quæ tum in via erant. (33) Interim quidam custodum venerunt in urbem, & pontificibus rem omnem narrarunt; (34) atque illi cum senatoribus coiverunt, & capto consilio satis grandem pecuniam militibus dederunt, atque ita dixerunt: (35) Dicite, ejus discipulos venisse noctu & eum vobis dormientibus surripuisse. (36) Igitur illi accepta pecunia fecerunt, ut erant docti. (37) Ejus diei horis pomeridianis Dominus Jesus etiam apparuit duobus discipulis in vicum, cujus nomen erat Emaus, proficiscentibus; (38) se vero agnoscendum non præbuit, nisi extremo tempore, atque ex eorum conspectu evanuit. (39) Reliqui interea discipuli cum congregati essent in urbe usque ad vesperam, (40) clausis loci portis præ Ju-
- Matth. XXVIII, 9.
11.
12.
13.
15.
Luc. XXIV, 13.
16.
31.
33.
Joh. XX, 19.
32. Cui Jesus occurrit in via?
33. Quid interea custodes egerunt?
34. Quid pontifices captant consilii?
35. Quid custodes in vulgus edere jubentur?
36. Num custodes sunt obsecuti?
37. Cui festo pasche se Dominus agnoscendum præbuit?
38. Quando se agnoscendum præbuit?
39. Ubi interim ceteri discipuli congregati erant?
40. Quomodo domus firmata erat?

Luc. XXIV, 37. Job. XX, 20. 24. 25. 26. 27. 28. 29.

dæorum metu, venit Jesus, in medioque stetit, (41) & eis dixit: Salvete. (Habete pacem.) (42) Discipulis tunc pavesactis & perterritis, cum se spiritum cernere putarent, (43) ostendit suas manus atque latus. (44) Hic discipuli viso Domino lætati sunt. (45) Thomas Apostolus tum non erat cum eis, quando venit Jesus; (46) aliis discipulis illud sibi referentibus non habuit fidem. (47) Deinde post dies octo rursus Jesus convenit congregatos discipulos, cum quibus erat Thomas, (48) qui tum digitum suum & manum Domini Jesu lateri admoveere jubetur. (49) Quo factò credidit Thomas, cui autem Jesus dixit: Felices, qui non viderint & tamen crediderint.

41. Quid Jesus discipulis dixit?
42. Quid discipuli putarunt?
43. Quid eis Jesus ostendit?
44. Gestiebantne discipuli viso Domino?
45. Quis discipulorum aberat?
46. Quid alii discipuli ei retulerunt?
47. Quid post dies octo accidit?
48. Quid Thomas jubetur?
49. Quid Thomæ dixit Jesus?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Tres sanctæ mulieres sole oriente venerunt ad ad monimentum.*

Unde patet, illas non ad horam usque no-
nam aut decimam sese voluisse in plumis.

II.

II. *Mariae Magdalena, quae olim fuerat mulier improbabissima, Christus primo apparuit.*

Unde cognoscitur, quam valde homo pœnitentia mutari possit: Ante enim Maria erat septem diabolorum mancipium, quam peccatorum eam pœniteret; post vero pœnitentiam actam, facta est castissima Domini Jesu amatrix.

III. *Cum primum Jesus postquam surrexerat, discipulos suos allocutus est, precatus est eis pacem.*

Propterea omnes Dei ministri admonentur, ut ne quovis modo lites serant, sed pacifici sint & concordēs.

BONÆ MEDITATIONES.

Si post fata datur miseris spes nulla salutis,

Quid quæso nobis vilius esse potest?

Absit! quam vere Christus surrexit amandus,

Tam certe tumulo surgit & omnis homo.

Quapropter moriens nigram non horreo tumbam,

Cum spes sit, corpus posse redire meum.

HISTORIA XLIX.

DE DUODECIM APOSTOLIS.

Matth. X, XXVIII, Marc. XVI, Luc. VI,

& Job. XX Cap.

(I) **P**ostquam Jesus erat baptizatus, Matth. X, 1.
accidit, ut in suam disciplinam
reciperet duodecim viros, quos vocamus
ejus discipulos sive Apostolos;

Perspicuae Quaestiones.

I. Quando Jesus duodecim viros recepit in disciplinam?

Matth. (2) homines non magno natu & sin-
 IV, 18. gulari eruditione, sed piscatores, pu-
 Marth. blicanos aliosque ejusdem fere condi-
 IX, 9. tionis. (3) Quorum primus erat Simon
 Luc. Petrus; (4) secundus Andreas illius
 VI, 14. frater; (5) tertius Jacobus, Zebedæi
 filius; (6) quartus illius frater Joannes;
 15. (7) quintus Philippus; (8) sextus Bar-
 tholomæus; (9) septimus Thomas;
 (10) octavus Matthæus: (11) nonus
 Jacobus, Alphæi filius; (12) decimus
 Simon Zelotes nomine; (13) undeci-
 16. mus Judas Thaddæus; (14) duodeci-
 mus Judas Iscariota, magistrum suum
 prodens, (15) in cujus locum succes-
 sit Matthias forte designatus. (16) Di-
 scipulis illis initio Jesus dixit: Qui vos

Act. I, 26
 Luc.
 X, 16.

2. Quo erant natu?
3. Quodnam nomen fuit primi Apostoli?
4. Quod secundi?
5. Quis tertius fuit?
6. Quis quartus?
7. Quis quintus?
8. Quis sextus?
9. Quo nomine vocatus est septimus?
10. Quo nomine octavus?
11. Quis nonus fuit?
12. Quis decimus?
13. Quis undecimus?
14. Quodnam nomen erat duodecimo?
15. Quis in locum proditoris successit?
16. Quid Jesus initio discipulis suis dixit?

audit, me audit; & qui vos repudiat, me repudiat. (17) Jesus cum surrexisset, eos sic allocutus est: Salvete, quemadmodum misit me Pater, sic ego mitto vos. (18) Quo facto dedit eis potestatem clavium, sive remittendi peccata. (19) Afflavit enim discipulos, eisque dixit: Accipite Spiritum Sanctum; si quorum peccata remiseritis, remissa erunt; si quorum tenueritis, tenta erunt. (20) Jesus cum vellet cœlum ascendere, congregavit suos discipulos in monte quodam Galilææ, (21) ubi eos & docere & baptizare jussit. (22) Sic enim est locutus: Mihi data est omnis potestas in cœlo & in terra. Vadite igitur doctum omnes gentes, eosque baptizate in nomen Patris & Filii & Spiritus Sancti. (23) Insuper eis illud etiam solatii dedit: Ego vobis adfuturus sum perpetuo, usque ad finem seculi. (24) Undecim discipulis discumbentibus Je-

Joh.
XX, 21.

22.

23.

Matth.
XXVIII
16.

18.

19.

20.

Marc.
XVI, 15.

17. Quid Jesus eis, postquam surrexerat, dixit?
18. Quid duodecim illis commisit?
19. Quid simul contigit?
20. Quo loco Jesus congregavit postea discipulos?
21. Quid Jesus eos facere jussit?
22. Quibus Jesus usus est verbis?
23. Quo solatio Jesus eorum animos confirmavit?
24. Quid Jesus in ultima concione egit?

Marc.
XVI, 16.

17. fus denuo munus ecclesiasticum demandavit. (25) Eis enim dixit: Ite in totum orbem, prædicate Evangelium omnibus creatis. (26) Præceptum quoque de baptizandi ratione confirmavit rursum dicens: Qui crediderit & baptizatus fuerit, servabitur; qui vero non crediderit, condemnabitur. (27) Et postremo iterum eis mirabilia faciendi facultatem dedit: (28) Dixit enim, fore, ejus nomine dæmonia ut ejicerent, linguæ loquerentur, serpentes tollerent, & si quid mortiferum bibissent, eis nihil noceret, & cum ægrotis manus imposuissent, illi bene haberent.

25. Quid Jesus munus ecclesiasticum eis demandans dixit?

26. Quid de Baptismo dixit?

27. Quid Jesus discipulis postremo dedit?

28. Quibus signis ab Apostolis doctrinam confirmari voluit?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Jesus cum discipulis suis loquens: Si quorum peccata remiseritis, inquit, remissa erunt; si quorum tenueritis, tenta erunt.*

Quæ facultas in Catechesi munus clavium vocatur: Quarum altera, ut Theologi loquuntur, est solvens, altera ligans. Si quando ministri verbi peccata remittunt, dicuntur uti clave solvente; ligante vero, quando peccata retinent.

II. *Jesus discipulos his verbis consolatus est: Ego vobis adfunurus sum perpetuo usque ad finem seculi.*

Je-

Jesus vult suis discipulis adesse usque ad finem seculi; cum igitur diu mortui sint duodecim illi discipuli, nec vita eorum ad mundi finem conservari poterit; non est obscurum, Christum discipulorum nomine omnes eorum intellexisse successores.

III. *Jesus discipulis facultatem faciendi miracula dedit.*

Ea principio Ecclesiæ, cum plantanda esset, opus fuit; plantata autem nunc ea, facultate ista cætus Christianus carere potest.

BONÆ MEDITATIONES.

Christus discipulis: Vestras qui percipit, inquit,

Aure pia voces, audit & ille meam.

Hoc dictum Christi quivis sibi mente reponat,

Et Christum regulam nos docuisse putet.

Nunc quoties verbi præcones audio sancti,

Et Christum credam dicere verba mihi.

HISTORIA L. DE CHRISTO ASCENDENTE IN COELUM.

Luc. XXIV, Act. I Cap.

(1) Dominus JESUS, postquam surrexerat, quadraginta dies conspicendum se præbuit in mundo (2) A.C.T., 3.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quam diu Jesus, postquam surrexerat, se in mundo conspicendum præbuit?
2. Qua de re Jesus quadraginta istos dies disseruit?

differens cum discipulis suis de Dei re-
 gno; (3) mandavit quoque eis, ne
 Hierosolymis discederent, donec Spi-
 ritum Sanctum accepissent. (4) Disci-
 puli quidem eum interrogarunt, an hac
 tempestate Israëlitis regnum instaura-
 turus esset? (5) Quibus vero ille: Non
 est vestrum, inquit, tempestates aut
 tempora novisse, quæ Pater in sua po-
 testate posuit. (6) Denique Jesus ex
 urbe eos eduxit Bethaniam usque ad
 olivarum montem, (7) ubi eis bene
 precatus est, & inter ominandum di-
 scessit: (8) Spectantibus enim disci-
 pulis sursum sublatus est, eumque nu-
 bes subduxit eorum oculis, (9) qui
 nunc ad Dei Patris dexteram sedet.
 (10) Atque illis in cælum contuenti-
 bus, ecce duo viri eis in vestibus al-
 bis adstiterunt; (11) qui ita dixerunt:
 Viri Galilæi, quid statis in cælum in-

Luc.
 XXIV,
 50.

Act. I, 9.
 Marc.
 XVI, 19.

Act. I, 10

3. Quo loco iussit discipulos manere?
4. Quid eum discipuli interrogarunt?
5. Quid eis ille respondit?
6. Quo deduxit denique Jesus suos?
7. Quid eos valere iubens egit?
8. Quomodo in cælum sublatus est?
9. Ubi nunc sedet Jesus?
10. Quinam viri apparuerunt?
11. Quid ambo viri dixerunt?

tuen-

cuentes? Hic Jesus, qui istinc in cælum receptus est, sic veniet, quo pacto vidistis eum in cælum discedentem.

SENTENTIÆ UTILES.

I. Discipuli cum scire cuperent, quando futurus sit extremus mundi dies, respondit eis Jesus: Non eorum esse novisse tempora, quæ Pater in sua potestate possidet.

Omnes igitur, qui annum, quo interiturus sit mundus, prædicunt, sunt deceptores & sycophantæ.

II. Jesus ascendens in cælum ad dexteram celestis Patris resedit.

Ah! quanto honori est misero hominum generi confedisse in Sacrosanctæ Trinitatis concilio, personam carne & sanguine nostro præditam, quam jure quodam nostrum licet compellare fratrem.

III. Angeli discipulis dixerunt, Dominum Jesum esse rediturum, quo pacto vidissent eum in cælum discedentem.

Quin prævit locum nobis paratum, rediens vero nos secum eo deducet, ubi cum Domino perpetuo esse nobis, eumque, sicut est, intueri licebit.

BONÆ MEDITATIONES.

Qui sedet ad dextram Christus Patris omnipotentis,

Perpetuo manibus regia sceptrata tenet.
Dum caput est Christus, dum nos & corporis artus,

Nostrum est, ut tandem conveniamus eum.

Chri-

Christus certe (animos non est, quod cura fatiget,)

Adveniet, quamvis nos fugit illa dies.

H I S T O R I A L I. DE SPIRITUS SANCTI MISSIONE.

Actor. II.

Actor. II (1) **N**ovem diebus expletis, postquam Christus in cœlum erat sublatus, illuxit festus Pentecostes dies, (2) quo Spiritus Sanctus in Jesu discipulos est effusus. (3) Eo enim die, cum omnes Jesu discipuli essent eodem in loco, (4) extitit repente de cœlo sonus, quasi vehementis flatus ruentis, totamque domum replentis, ubi sedebant. (5) Eisque conspectæ sunt dividuæ quædam quasi ignis linguæ, (6) & Spiritus Sanctus eorum unicuique infedit; (7) repletique sunt omnes Sancto Spiritu, & diversis loqui linguis cœperunt, prout eis Spiritus fari dabat.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quando fuit festus Pentecostes dies?
2. Quid festo illo die accidit?
3. Quid agebant discipuli eo die?
4. Quid extitit eo, quo erant loco?
5. Quid conspectum est in Apostolis?
6. Quid Spiritus illi fecit?
7. Quid apostolis contigit?

(8)

(8) Erant autem Hierosolymæ habitantes Judæi, homines religiosi, ex omnibus, quæ usquam sub cælo sunt, gentibus; (9) igitur ejus rei dissipata fama, vulgo convenire, & confusi esse, (10) quod eos sua quisque vernacula lingua loquentes audiret. (11) Itaque attoniti omnes mirabantur, & inter sese dictitabant: Nonne omnes illi, qui loquuntur, Galilæi sunt? (12) Ecquid est, quod nostrum quisque vernaculam sibi linguam nativamque audiat? (13) Itaque attoniti dubitabant omnes, & sic inter sese dictitabant: Quid hoc sibi vult? (14) Alii deridentes dicebant, eos vini esse plenos.

Act. II, 5

6.

7.

8.

12.

13.

8. Quinam homines Hierosolymæ habitabant?
9. Quid cœperunt isti pii Judæi?
10. Quid audiverunt?
11. Quid dictitabant?
12. Quid potissimum mirati sunt?
13. Quid inter se dictitabant?
14. Quid alii de re admirabili judicabant?

SENTENTIÆ UTILES.

I. Spiritu Sancto repleti sunt discipuli, dum concorditer uno versarentur loco.

Age igitur simus omnes unanimes eodem modo affecti fraterno amore, misericordias, affabiles, ut Spiritus pacis quoque sit nobiscum. 1. Petr. III, 8.

II. Spiritus Sanctus Apostolis cum insedisset, eorum lingua visa sunt ignea.

Ignis

Ignis semper habet & lucem & calorem;
 similiterque illuminat Spiritus Sanctus
 luce veritatis, & calefacit hominum
 corda amoris igne

III. *Cum Jeshu discipuli pleni essent Spiritu Sancto, nonnulli dixerunt, eos esse obrutos dulci vino.*

Unde intelligimus, quam temere virtus Spiritus Sancti possit illudi, eum dubiis in rebus inconsideranter judicamus.

BONÆ MEDITATIONES.

Discipulis, quæ tu dederas oracula sancta,
 Christe, simul per te Spiritus igne datur.
 Omnia cum potui, cupidus hic auribus hausi,
 Sacri præcones quæ docuere tui.
 Spiritus accedat, fac ad me, sanctus amoris,
 Ut quoque perficiam, quæ scio, cuncta
 bona.

HISTORIA LII. DE PAULI CONVERSIONE.

Act. VII, VIII, & IX Cap.

AA.VII. (1) **P**rimus, postquam Christus in cœ-
 58. lum ascenderat, martyr fuit
 59. Stephanus, (2) qui propter constan-
 tem de Christo professionem Hieroso-
 55. lymis est lapidatus. (3) Sancto autem

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quis primus, postquam Christus in cœlum ascenderat, fuit martyr?
2. Quapropter Stephanus lapidatus est?
3. Quid Stephanus ante obitum intuitus est?

Spi-

Spiritu plenus in cœlum intuitus, & Dei splendorem, Jesumque Deo ad dexteram adstantem conspicatus est. A&.VIII
1.
 (4) Cujus nece magis quam Saulus delectatus est nemo. Phil. III,
5. 6.
 (5) Is erat Pharisæus, A&.VIII
3.
 persequens Christianos quavis ratione, IX, 1.
 (6) Devastabat enim Ecclesiam, & in domos intrans, ac tum viros, tum fœminas trahens dabat in custodiam. 2.
 (7) Inprimis minas cædemque sperans in Domini discipulos, (8) aggressus est pontificem, & petiit ab eo epistolas Damascum ferendas ad synagogas; 4.
 (9) ut si quos ejus instituti inveniret, sive viros, sive fœminas, vinctos perduceret Hierosolymam. (10) Sed inter eundem Damasco propinquantem circumfulsit de cœlo lux, ad terramque collapsus (11) vocem audivit sibi dicentem: Saule, Saule, quid me persequeris? 5.
 (12) Et ille: Quis es, Domine?

4. Quis Stephani nece delectatus est?
5. Quis homo erat Saulus?
6. Quid Saulus audébat?
7. Quid præsertim Domini discipulis fecit?
8. Quid a pontifice petiit?
9. Cur litteras petiit?
10. Quid ei in itinere accidit?
11. Quam vocem audivit Saulus?
12. Quid Saulus dixit?

(13) Ego sum Jesus (inquit Dominus,) quem tu persequeris: Durum est tibi contra stimulos calcitrare; (14) hic ille tremens ac stupefactus, Domine, quid me vis facere? inquit. (15) Cui Dominus: Surge, & in urbem ingredi, & tibi dicetur, quid tibi faciendum sit. (16) Homines autem ejus comites itineris adstabant attoniti (17) vocem audientes illi quidem, sed neminem videntes. (18) Saulus vero a terra surrexit, sed apertis oculis neminem vidit. (19) Eum illi manibus ducentes Damascum introduxerunt; (20) ac per tres dies non vidit, neque comedit aut bibit. (21) Erat autem Damasci discipulus quidam nomine Ananias, (22) quem Dominus per visum sic allocutus est: Anania! (23) Et ille:

13. Quid ipsi est responsum?
14. Quid Saulus Jesu dixit?
15. Quid ei Jesus respondit?
16. Quid ejus comitibus accidit?
17. Cur comites attoniti adstabant?
18. Quemadmodum Saulus se habuit surgens?
19. Quid ei comites fecerunt?
20. Quæ ejus Damasci fuit fors & conditio?
21. Quisnam discipulus fuit Damasci?
22. Quid ei per visum contigit?
23. Quid Ananias respondit?

Quid

Quid est, inquit, Domine? (24) Cui ^{AG. IX.}
 Dominus: Surge, inquit, & in vicum ^{11.}
 proficiscere, qui rectus appellatur, (25)
 & quære in ædibus Judæ Saulum nomi-
 ne, Tarsensem. (26) Is enim supplicat;
 & per visum vidit virum nomine Ana- ^{12.}
 niam ingressum, & sibi manus impo-
 nentem, ut cernat. (27) At Ananias: ^{13.}
 Domine, inquit, audivi ex multis de
 eo viro, quantum malorum tuis fan-
 ctis Hierosolymæ fecerit: (28) Quin ^{14.}
 etiam hic potestatem habet a ponti-
 ficibus vincendi omnes tuum nomen
 invocantes. (29) Cui Dominus: Va- ^{15.}
 de, inquit: nam is mihi selectum est
 instrumentum. (30) Tum Ananias abiit, ^{17.}
 & domum ingressus, ac impositis illi
 manibus, (31) dixit: Saule frater, Do-
 minus me misit, is, qui tibi in via ve-
 nienti apparuit, (32) ut videas, San-
 ctoque Spiritu replearis. (33) Ac pro- ^{18.}

24. Quid Dominus Ananiæ præcepit?

25. Quem Ananias jubetur quærere?

26. Quid Saulus interea vidit?

27. Quid Ananias exoptulat?

28. Quam Saulus habuit potestatem?

29. Quid Dominus Jesus respondit?

30. Quid Ananias fecit?

31. Quid Ananias Saulum conveniens dixit?

32. Quid læti nuntiat?

33. Quid Saulo accidit?

tinus delapsis ex ejus oculis quibusdam quasi squamis dispexit, (34) surgens se baptizandum curavit, ac cibo capto convaluit. (35) Saulus ille deinde præclarus Domini Apostolus factus nomen accepit Pauli.

AA. IX,
XIII, 9.
19.

34. Quid Saulus curavit?
35. Quid tandem Saulo evenit?

SENTENTIÆ UTILES.

I. *Saulus minas spirans fit mansuetus Paulus.*

Unde ea virtute esse Deum cognoscitur, cor lapideum ut possit eximere & carni simile producere, Ezech. XXXVI, 26.


II. *Saulus audita Jesu voce protinus: Domine, inquit, quid me vis facere?*

Cum sentimus DEum mentem nostram ad se trahere, nostrum est, ut, quod ad ejus pertinet voluntatem, sedulo agamus.

III. *Paulum Deus singulari ratione ad meliorem frugem convertit.*


Nos idem, quod Mosem & Prophetas habemus, expectare non possumus.






HISTORIÆ Veteris Testamenti.

I. De mundi creatione	pag. 1
II. de hominis creatione	3
III. de innocentiā statu in Paradiso	5
IV. de primorum parentum peccato	8
V. de Caino fratrem Abelem occidente	12
VI. de diluvio	15
VII. de turri Babylonica	19
VIII. de Abrahamo & Sara	21
IX. de Sodoma & Gomorra	24
X. de Isaaco immolando	28
XI. de Isaaci sponsaliis	31
XII. de Isaaco natis suis bene ominante	34
XIII. de scala in somniis Jacobo visa	40
XIV. de duplici Jacobi conjugio	42
XV. de Jacobo colluctante cum Deo	47
XVI. de Josepho a fratribus vendito	51
XVII. de casto Josepho in carcerem coniecto	56
XVIII. de Josepho e carcere dimisso	59
XIX. de Josephi fratribus crescente annona in Ægyptum proficiscentibus	63
XX. de Josepho a fratribus agnito	70
XXI. de servitute Ægyptia	76
XXII. de Pharaone animum suum obfirmante	79
XXIII. de Mose Israëlitas ex Ægypto educente	85
XXIV. de Israëlitarum itinere per deserta in Chananaam	90
XXV. de decem sanctā legis præceptis	95




XXVI. de Samfone	pag. 101
XXVII. de Samuele	107
XXVIII. de pontifice Eli	111
XXIX. de Saulo rege	114
XXX. de Goliatho viro immani	119
XXXI. de Davide a Saulo infidiosissime tractato	123
XXXII. de Bethsaba	127
XXXIII. de Absalomo	132
XXXIV. de peste Davidis tempore grassante	138
XXXV. de Salomone rege	140
XXXVI. de Baalis varibus	145
XXXVII. de Nabothi vinea	150
XXXVIII. de Elia in cœlum adscendente	154
XXXIX. de viduæ cuiusdam ampulla olei	158
XL. de Babylonica captivitate	160
XLI. de Estera	164
XLII. de Amane	168
XLIII. de Jobo	175
XLIV. de tribus Judæia in flagrantem igne fornacem conjectis	181
XLV. de Daniele leonibus objecto	184
XLVI. de urbe Ninive	190
XLVII. de Juditha	195
XLVIII. de senioris Tobiaë calamitate	202
XLIX. de Tobiaë juvenis itinere	206
L. de Tobiaë juvenis matrimonio	211
LI. de Tobiaë juvenis reditu	217
LII. de Susanna	222



HISTORIÆ
Novi Testamenti.

I. De Zacharia sacerdote	pag. 228
II. de annuntiatione Mariæ	230
III. de visitatione Mariæ	233
IV. de Josepho & Maria	236
V. de Joannis Baptistæ ortu	238
VI. de Christi nativitate	241
VII. de pastoribus Bethlehemiticis	243
VIII. de Christi circumcissione	246
IX. de Mariæ purificatione	247
X. de visione, quæ obtigit magis	250
XI. de Christi fuga in Ægyptum & de innocentibus Bethlehemæ enectis pueris	253
XII. de Jesu puero duodecim annorum amisso & re- perto	256
XIII. de Joanne Baptista munus suum obeunte	258
XIV. de Christi baptismo	261
XV. de Jesu a diabolo tentato	263
XVI. de muliere Samaritana	266
XVII. de centurione in oppido Capernaum degente	269
XVIII. de piscina Bethesda vocata	271
XIX. de vidua Naimensi	274
XX. de quadruplici ægro	276
XXI. de Gergesensi	279
XXII. de homine tabida manu	282
XXIII. de malis in fegete herbis	284
XXIV. de Joanne Baptista capite truncato	288





XXV. de quinque hominum millibus a JESU saturatis	pag. 291
XXVI. de Petro per lacum inambulante	294
XXVII. de muliere Chananæ	297
XXVIII. de Christi transformatione, quæ accedit in monte Thabor	299
XXIX. de lunatico	302
XXX. de cæco nato	305
XXXI. de Martha & Maria	309
XXXII. de filio perduto	310
XXXIII. de divite quodam heluone	315
XXXIV. de pueris, quibus Jesus bene precatus est	318
XXXV. de Zachæo Christi hospite	320
XXXVI. de Lazaro suscitato	322
XXXVII. de ficu arida	328
XXXVIII. de fisco Hierosolymitano	330
XXXIX. de decem virginibus	332
XL. de extremo judicio	335
XLI. de adventu Christi in urbem Hierosolymam	339
XLII. de Christi ordinatione sacræ cœnæ	342
XLIII. de Juda proditore	345
XLIV. de Petro Christum sibi notum esse negante	350
XLV. de Jesu a Judæis damnato	354
XLVI. de cruciatu & morte Christi	359
XLVII. de Domini Jesu humatione	366
XLVIII. de Jesu Christo ex mortuis surgente	369
XLIX. de duodecim Apostolis	375
L. de Christo ascendente in cœlum	379
LI. de Spiritus Sancti missione	382
LII. de Pauli conversione	384

DEBRECEN S. SEGYETEN D. ÖNIVVTA G.

Lelt.

20.092-1955









758215



758245

